1

CHRISTOPHORI KYBLIN à WAFFENBURG,

J. V. D. Sac: Cæs: Maj: Consiliarij, & SS. Canonum Professoris publici & primarij, nec non in Regno Bohemiæ Advocati jurati, &c.

TRACTATVS NOVVS, DE DIFFERENTIIS IURIS COMMUNIS ET BOHEMICI,

In quo

Illa singulari methodo, secundùm Pandectarum ordinem in Septem partes distribuuntur, distinguuntur, & Invictissimi Imperatoris FERDINANDI III. gloriosissimæ memoriæ rescripta, nec non Observationes practicæ scissarum literarum, libellorum, obligationum, contractuum dotalitiorum, emptionum & venditionum, sicut & testamentorum in hoc Regno Bohemiæ usitatorum, formulæ suis locis reperiuntur.

Opus omnibus Doctoribus, Iudicibus, causarum Patronis, aliísque in foro ac Scholis versantibus perutile ac necessarium, cum Indice rerum ac materiarum.

PRAGÆ, Typis Universitatis in Collegio Soc. IESU ad S. Clementem, M. DC. LXIII.

Opus Differentiarum Iuris Communis & Bohemici, à (titul) Spectabili & Clarissimo Viro CHRISTOPHORO KYBLIN à WAFFENBURG, *I. V. D. Sac: Cæs: Majest. Consiliario, SS. Canonum Professore publico & primario, nec non in Regno Bohemiæ Advocato jurato, studiosè elaboratum, divisim Doctores aliquot, ad hoc specialiter deputati accuratè reviderunt, atque in eo non solùm nihil, quod bonis moribus adversaretur, sed potiùs Pontificij, Cæsarei, & potissimùm Regij Iuris nucleum, civibus necessarium, exteris utilem, omnibus commodum contineri, retulerunt. Quapropter præclarum hoc opus luce dignissimum judico, & causa boni publici deposcit. Datum Pragæ, tertio Kalend. Decembris, Anno M. DC. LXII.*

Imprimatur.

Joannes Marcus Marci
à Kronland, &c. p. t.
Rector.

Staatl. Bibliothek
Regensburg

ILLVSTRISSIMO COMITI,
DOMINO DOMINO
FRANCISCO
VDALRICO KINSKY,
LIBERO BARONI DE CHINITZ
ET TETTAVV, &c.
DOMINO IN CHLUMETZ
& Bohemico Kämnitz,
S. C. REGIÆQVE MAIEST:
ACTUALI CAMERARIO
ET CONSILIARIO,
IMPERII AULICO, &c.

ANnus nunc agitur decimus ſextus, ex quo ILLUSTRISSIME COMES DOMINE GRATIOSISSIME, in hac Cæſarea Regiáque Vniverſitate Pragenſi Iura publicè privatímque interpretor. Hanc ego docendi Provinciam cùm ſuſcipe-

 rem,

rem, existimabam in ea mihi ita versandum esse; ut docerem ea, quæ necessaria & utilia sunt. quod ita demũ me præstiturum arbitrabar: si quemadmodum Christophorus Zobelius, Ludovicus Fachsius, Benedictus Reinhardus olim CANCELLARIUS Schwartzenburgensis, Hieronymus Schurffius, Henningus, Goëden, Ioannes Schneidewinus, Conradus Mauserus, Ioachimus à Beust, Matthæus VVesenbecius, Modestinus Simon, Hartmannus Pistoris, Iacobus Thomingius, Matthias Collerus, Daniel Matthias Berlichius, & novissimè Benedictus Carpenzovius, Casparus Manzius, Ioan-

Ioannes Harprecht, aliíque Clarissimi Iuris Interpretes in suis Commentarijs & Scriptis differentias Iuris Saxonici, Bavarici, VVirtenbergici, & Iuris Civilis diligentissimè annotârunt: Ego quoque publicis & privatis meis prælectionibus, Differentias Iuris Bohemici & Iuris Ciuilis hinc inde insererem, eásque deinde simul collectas, pro privata etiam mea utilitate, in libellum compingerem. Quia mihi à principio hoc studium ita erat institutum, ut Academicis hisce parietibus illud coërcerem, officio meo satis iri ratus, si istis satisfacerem: neque mihi erat animus de eo quidquam

meditari, quòd in lucem emitteretur, atque extra Pragam alijs etiam publicum fieret. Sed cùm ante aliquot annos non tantùm Iuris Candidati, ſed & Viri Ampliſsimi & Clariſsimi hoc inceptum meum ſtudium probarent, & utiliſsimum judicarent, ac coràm, & per literas poſtea mecum agerent, ut, quod cœpiſſem bene, idem bene abſolverem: neque, ut ipſi dicebant, Reipublicæ literariæ, & cum primis his, qui in foro verſarentur, inviderem diutiùs; ſed eam etiam potiſsimùm ob cauſam, tum ne Iurium Candidati, abſoluto Iure theorico & Scholaſtico, ſaltem non omnino

ita rudes ad forum prosilirent; tum etiam, ne alienigenæ, vel etiam huic Regno incorporati, eorúmque Advocati, Procuratores, & Mandatarij, ad Causas peragendas huc advolantes, & Iuri Civili strictè inhærentes, tribunalia hic frustra fatigarent, & maximo cum suo suorúmque damno, temporis & expensarum jactura, in formalibus & materialibus statim impingerent, totámque rem perperam peragerent; hunc Tractatum in lucem saltem emitti permitterem. Cui quanquam diu varias ob causas reluctarer, tamen eorum rationibus publicis commotus, tandem consensi; qua in re si quid à me pec-

catũ eſt, publici commodi amore peccatum eſt. quod ſolùm hac in re apud me locum obtinuit, non privatum aliquod; quin illud neglectum: nec vana aliqua oſtentatio, & inde ſi quæ eſſe poſſet gloriola, à me ſemper contempta. Et quanquam didicerim modestè agere, hoc eſt, de alijs ſentire magnificè, de me autem humiliter; nihilominus, cùm non deerunt, qui ſolidâ libidine detrahendi omnibus, quod vitare nemo poteſt, niſi qui omnino nihil ſcribit, huic Tractatui Theoninum dentem inſigent: Tu ILLUSTRISSIME COMES, qui ante tredecim circiter annos in hac Pragenſi, & deinde in Lovanien-

ſi Vniverſitate, intra quinquennale ſtudium, non modò de varijs Iuris apicibus, cum omnium admiratione, ſæpe & elegantiſsimas & argutiſsimas Diſputationes publicè habuiſti: verùm etiam de quavis pro re nata quæstione probabiliter in utramque partem, cum publicè, tum privatim, ex tempore maxima cum laude diſſeruiſti, ac hodiernâ luce in Illuſtri Senatu Aulæ Imperialis agis Senatorem & Conſiliarium digniſsimum, pupillósque & Viduas ſæpiùs ibidem defendis & protegis, etiam contra cavillatores quoscunque: Tractatum hunc jam dudum TIBI ob magna ab ILLUSTRISSIMO

DOMINO PARENTE TUO (quem Deus Ter Optimus Maximus adhuc diu ſoſpitem & incolumem conſervet) in me ipſius jam tredecim annis Conſiliarium & Advocatum agentem, benigniſsimè collata beneficia, devotum, dicatum, & nunc ſubmiſsè traditum, ut ſpero, defendes, eúmque gratioſiſsimo animo, tanquam grati animi teſſeram, ſuſcipies, méque, ut cœpisti, clementiâ & favore proſequeris.

ILLVSRISS: DOMINATIONIS TVÆ

Submiſſiſſimus

Chriſtophorus Kyblin
à Waſſenburg.

Ad Lectorem.

UT labores hosce meos aspicere lucem paterer, benevole Lector, publica me ratio utilitatis permovit. Scio enim nos non solùm nobis, sed & alijs nasci: genus inertiæ vel invidiæ esse, non prodesse cùm possis, & cùm nullus liber tam malus sit, ut scribit Plinius *lib.* 3. *Epist.* 5. qui non ex aliqua parte prosit saltem, adeoque quis uti possit parte libri, si totum non approbet, (*S. Hieronymus ad Titum*) ideoque ut ait Iuris-Consultus Cellus in *l.* 24. *ff. de leg.* incivile sit nisi totâ lege perspectâ, unà aliquâ particulâ ejus propositâ, judicare vel respondere; ita multò incivilius erit hunc meum Tractatum ex particulis dijudicare; neque fragmentis quibusdam decerptis,

ptis, ex illis totum Scriptoris calumniari propositum: lege ergo obsecro totum, & invenies, ut spero, non modò utilia, verùm etiam scitu perquam necessaria, lectúque dignissima, quod mihi sufficit. Cæterùm ut mordeant vel calumnientur aliqui, non est quòd acerbiori feram animo, quandoquidem cum Salomone *Eccles. 4.* animadvertam omnes hominum labores & industriam patere invidiæ proximi, probéque sciam, quàm sit difficilè ad omnium salivam loqui & scribere: procliviores esse nonnullos ad alios reprehendendos, quàm ad se ipsos moderandos: illud vitium innatum hominibus, atque ita comparatam eorum naturam, aliena ut meliùs videant quàm sua, ut est apud Terentium: *Sic fert usus, sic se res habet, ut te tua, me delectent mea*, inquit Cicero in Tuscul. Nemo ab invidis intactus, nemo ita numeris omni-

mnibus abſolutus eſt, quin adverſus eum ex Zoili ſecta aliqui inſurgant. Nam Socrates, qui Apollinis Oraculo omnium mortalium ſapientiſſimus judicatus à Platone reprehenſus fuit, Plato ab Ariſtotele, Ariſtoteles ab Averroe, Cæcilius à Sulpitio, Lælius à Varrone, Marinus à Ptolomæo, Ennius ab Horatio, Seneca à Gellio, Eratoſthenes à Strabone, Thaſſalus à Galleno. Hermogenes à Cicerone, Cicero à Saluſtio, &c. ut teſtatum reliquit Guevarra in Horologio Principum in vita Marci Aurelij. Cùm igitur tanta mundi lumina & ſuos Momos habuerunt, quid mirum ſi & ego, qui meæ tenuitatis conſcius ſum, aliquos habiturus ſim: Porro quidquid futurum ſit, ab omnibus qui in hiſce meis laboribus invenient, quod jure reprehendant, lubens monebor, ab iiſque veniam, ab alijs in

judi-

judicando candorem precabor. Tu interim benevole Lector, primitias has, id eſt in ſcribendo meorum laborum primos fructus, ſereno vultu animóque benigno accipe. Vive & vale.

Pragæ, M. DC. LXIII. Menſe Martio, die 16.

EPIGRAMMA
IN
VTILISSIMVM OPVS
DIFFERENTIARUM
Iuris Communis & Bohemici,
Prænobilis, Generosi, Clarissimi, & Consultissimi Viri,
D. CHRISTOPHORI
KYBLIN à WAFFENBURG,
I. V. Doctoris, Sacræ Cæsareæ Majestatis Consiliarij, & Sacrorum Canonum Professoris Ordinarij, nec non Iuridicæ Facultatis in Vniversitate Pragensi Spectabilis p. t.
DECANI.

EST aliquid tabulas bis sex penetrâsse Quiritum,
Πανδέκτας veterum conciliâsse juvat,
Codice quid toto, quid Glossis, quidve Novellis,
Comprênsũ latitet, noscere pulcher honos.
Verùm nî patriæ superaddas Ium, receptos
Addiscasq́ʒ stylos, consulis haud patriæ.
Ergo quisquis aves Regno prodesse Bohemo,
Legali studio, fac opus istud habe.

Hoc

Hoc opus est solū, nec magna volumina tantū
Iuris habent, quantum continet iste liber.

Aliud
De ijsdem Differentijs.

DUm Kyblin gentes, quæ sit distinctio leges
Inter Romanas, Czechiacásq; doces,
Omnes te belle docuisse fatentur, eò quòd
Qui bene distinxit, bellè etiam docuit.

In amoris ac debitæ venerationis pignus

Collegæ suo observandissimo posuit

Joannes Georgius Funck,
I. V. D. & in Vniversitate eadem Digestorum Professor publicus ac ordinarius.

PARS I.

DE IUDICIIS,

DIFFERENTIA I.

De Jure Communi.

HAbito Magiſtratu competente coram eo ſinè alijs præmiſſis ab actore citari poteſt reus. *L. 1. ff. de in jus vocando. Capit. quoniam contra. de probat: Clement: paſtoralis de re Iudicata. Gail. lib. 1. Obs. 50. num. 4. Vallens. §. 3. de citatione & in Ius voc: Zozius de in Ius vocando.*

De Jure Bohem.

ACtor ante omnem processum in omnibus ferè causis, per duos bonæ famæ homines incisas mittit literas, in quibus titulum sui prætenti juris exprimit, eundémque à reo intra 20. dies exprimi, & responsum clarum & categoricum sibi dari petit. Königl. Lands-Ord: B. 14. Cujus formula in Regio Iure Lands-Ord: sub tit: E.16. expressa est, & sic sonat:

JCh N. N. schicke vermög der Recht vnd Lands-Ord: diesen außgeschnittenen / vnd mit meinem aigenen Petschafft versigelten Zettel zu euch N. N. auß der vrsach: Demnach ihr euch dieses 1625. Jahres am Donnerstag nach St. Johannis Baptistæ, deß Gutts / welches mir Erb- vnd eigenthümblich zustehet / angemest: Solches aber zu wider dem Rechten vnd der Lands-Ord: Jhr Euch nicht vnterfangen / vnd meines eigenthümblichen Erb-Gutts so vnrechtmässig nicht hätte sollen anmassen. Derowegen ich mit diesem außgeschnittenen / vnd mit meinem eigenen Petschafft versigelten Zettel / Euch ermahne vnd begehre / daß Jhr Euch weiter solches meines Erb-Gutts mit nichten im wenigsten

sten nicht anmasset / sondern mir dasselbe abtrettet / vnd im Nutz- vnd Gebrauchung dessen keine Verhinderung thut / dafern Ihr weiterer Rechtlicher ansprüche von mir geübriget seyn wollet. Hierauff wil ich von Euch einer klaren vnd außdrücklichen Antwort / darnach ich mich richten könne / gewärtig seyn. Datum N. am Tag vnd Jahr / ꝛc.

His literis reus intra prædictos 20. dies categoricè sub formula Iure Regio Königl: Lands-Ord: E. 17. expressa repetitis de verbo ad verbum Actoris literis respondet:

JCh N. N. schicke inhalt der Recht vnd Lands-Ordnung diesen außgeschnittenen / vnd mit meinem eigenen Perschafft versigelten Antworts-Zettel zu Euch N. N: Demnach Ihr mir vermög jetztgedachter Recht vnd Lands-Ord: einen außgeschnittenen / vnd mit Ewerem Perschafft versigelten Zettel zugeschickt wegen dieser Vrsach / daß ich mich dieses 1625. Jahrs den Donnerstag nach St. Joannis deß Tauffers / deß Guts N. N. welches euch / wie ihr solches in euerem außgeschnittenen Zettel setzet / eigenthümblich vnd Erblich zustünde / habe angemasset / so ich

zuwider der Rechte vnd Lands-Ord: dieses Königreichs Böheimb mich nicht hätte vnterfangen/ vnd also vnrechtmässiger weiß eueres Erb-Gutts anmassen sollen / vnd daß ihr derentwegen durch diesen außgeschnittenen / vnd eweren eigenen Petschafft versiegelten Zettel begehret/ vnd mich ermahnet/ daß ich mich weiter solch ewers Erb-Gutts nicht anmassen / sondern euch dasselbe wider abtretten / vnd im Nutz vnd Gebrauchung dessen keine Verhinderung thun solte / dafern ich derohalben ferner Rechtlicher Anspruch geübriget seyn wolte/ vnd daß ihr darauff von mir einer klaren vnd außdrücklichen Antwort/ darnach ihr euch richten köntet / gewärtig seyn wollet: Inmassen solcher außgeschnittener Zettel / dessen Datum am Tag N. deß N. Jahrs/ dieses alles mit mehrerm in sich halt vnd begreifft.

Auff welche beschickung / vnd eueren außgeschnittenen Zettel ich euch diese klare vnd vnverdunckelte Antwort gebe / daß ich dieses / als wann ich mich deß erwehnten Erb-Gutts/ so euch von rechtswegen zustunde / angemast haben solte/ offentlich vnd außdrucklich widerspreche/ vnd sage also / daß es mir vnd nicht euch zugehöret / vnd daß ich zu demselben bessere Gerechtigkeit habe dann ihr (NB. hie muß **gesetzt werden / vermög wessen/ wie /**

vnd

vnd welcher gestalt) vnd das wil ich jederzeit/ wann es die Notturfft erfordert / außführen vnd beweisen. Dieser Vrsachen halber erkenne ich mich nicht schuldig zu seyn/euch solch mir eigenthümblich zugehöriges Gutt weder abzutretten/ noch dem jenigen / was ihr bey mir durch diese Beschickung vnd eueren außgeschnittenen Zettel sucht / ein gnügen zu thun. Nach welcher meiner klaren vnd außdrucklichen mit meinem eigenen Perschafft versigelten Antwort / ihr euch werdet können richten. Datum am Tag vnd Jahr N. N.

Notandùm autem, quòd in sequentibus causis Vigore Iuris Regij, Lands-Ord: B. 13. hæ scissæ literæ non habeant locum. 1. In causa homicidij. 2. Vis. 3. NB. Legis Aquiliæ seu damni injuria dati, non in bono aliquo immobili, sed in persona exerciti. 4. Familiæ erciscundæ paternarum & fraternarum facultatum. 5. Oppugnationis testamenti vel alterius ultimæ voluntatis NB. intabulatæ. 6. Actionis personalis ratione debitorum instrumento publico cautorum, wann es wegen Schulden zu thun / so bey Recht mit Haubt-Briffen / Böhmisch Hlawnj Listowé genant / versichert seynd. 7. Quando aliquis contra-

ordinem Iuris citatur, & Executio nulliter impetratur. Wann einer einen anderen wegen eines nichtigen vnd wider Ordnung der Recht erlangten Steck-Brieff citirt / oder aber die Abschatzung oder auch Gewöhr-Loß-Brieff verhindern oder zuruck setzen will.

Notandum præterea, quòd licet scissæ Schedæ regulariter etiam semper locum habeant, antequam actio injuriarum intentetur, Lands Ord: V. 5. & 6. in illo casu tamen ubi Injuriæ sunt notoriæ, scissas Schedas necessarias non esse, Lands-Ord: V. 7. So aber einer dem andern ins Angesicht / oder in gegenwart anderer Leuthe injurirt vnd schmähete / vnd solches auff denselben zu erweisen wäre / ist nicht vonnöthen demselben eine Absendung oder Bottschafft mit einem außgeschnittenen Zettel zu thun / sondern der Injuriant mag alsobald derowegen citirt werden.

DIFFERENTIA II.

De Jure Communi.

REo legitimè citato comparente, nec Iudicis, ad quem vocatus est, Iurisdictionem

nem declinante, actor libellum exhibet Iudici L. 1. ff. de Edendo. Ejúsque inspiciendi ac describendi copiam Iudex reo facit sumptibus actoris. *Glossa in clem. Quamvis in vers. oblatos de Appellat.*

De Jure Bohem: contrarium obtinet.

NAm post scissas literas primò libellum actor in duplo | Vermög Lands-Ord: B. 49. pro Iudice & pro parte in hoc Iure Regio Königl: Lands-Ord: E. 18. expressa forma exhibet: N. N. klaget rechtlichen an N. N. in Sachen ein Erb- vnd Eigenes Land-Gutt betreffend / vnd solches daher / daß N. N. Beklagter den 16. Aprilis dieses Jahrs sich deß Gutts N. N. genant / welches Klägern Erb- vnd Eigenthumblich zustehet / defacto vnd vnrechtmässiger weise angemasset / vnd dasselbe in seine Gewöhr vnd possess gebracht / vnd obwohlen Kläger ihn vermög dieses Königreichs Landes Ordnung durch einen außgeschnittenen Zettel von solcher Vnfugnuß abzustehen / vnd ihm mehr erwehntes Gutt wiederumb abzutretten ersucht / vermög deß außgeschnittenen Zettels beyligend sub lit. A. so hat er sich

doch in seiner auff gedachten außgeschnittenen Zettel gegebener Antwort / welche sub lit. B. beyliegt / solches zu thun außdrücklich verwidert. Wann dann er N. N. obberührtes Gutt noch bißdato besitzt / vnd aber dasselbe Klägern vermög eines ordentlichen Kauffs / oder eines andern Tituls dessen Schein beyzulegen / wie sub lit. C. zu sehen / eigenthumblich zuständig ist / als bittet Kläger / ein Landrecht (ponatur das recht) außzusprechen / daß Beklagter ihm solches Gutt mit allen von Zeit der Innhabung abgenommenen Nutzungen vnd verursachten Schäden vnd Vnkosten einzuantworten schuldig.

Vbi notandum scissas Schedas ab actore & Iure Bohem: libello apponi debere, Lands-Ord: B. 19. in verbis Vnd weil das jenige / so in denen außgeschnittenen Zetteln gelaugnet / zu forderist bewiesen werden muß / so werden die außgeschnittene Zettel / so wol deß Klägers als Beklagten / dem Klag-Libell auch beyzufügen seyn.

Quo facto Officiales minores apud Regni tabulas hac formula Regio Iure Lands-Ord: E. 20. expressa citant, & citationi porrectum libellum pro parte includunt, & per Camerlingum transmittunt:

Wir

Wir Vnter-Ambtleuth bey der Land-Taffel / fügen dem N. N. zu wissen / wie daß N. N. ihn N. N/ zu recht/wegen eines ihm vorenthaltenen Erb- vnd Eigenen Land-Gutts/ so N. N. genant/ beklagt / alles mehrern Innhalts beyligenden Klag: darauff er N. N. Beklagter seine Antwort innerhalb 6. Wochen nach empfangung dieses einbringen / vnd ferner vermög der Königl: vernewerten Landes Ordnung verfahren/ vnd folgents bey dem Löblichen Landrecht deß Außspruchs erwarten soll. Vbi tamen nota casum exceptum, in quo citatio nomine Minorum Officialium non fit. Wann nemblich wegen eines Frewels die Beschickung geschicht/ nam tum Regio, si Sua Majestas in Regno sit, vel NB. Locumtenentium nomine fieri debet, Lands Ord: W. 3. vnd da wegen dieser obbeschriebenen frewentlichen Thaten einer den andern citiren oder beschicken würde / so sollen dergleichen Beschickungen in Vnserm Namen/wann Wir im Land/ oder in Vnserem abwesen / im Namen Vnserer Statthalter außgehen vnd gefertigt werden.

DIFFERENTIA III.

De Jure Communi.

INtegrum libellum inserere Citationi, ut quidam volunt, necesse non est per textum in L. *non videtur 32. ff. de Iudicijs.* Vbi citatus Comparens petit copiam libelli, ergo tenor non erat insertus citationi Clem. 2. ut lite pendente, textus in L. 2. Cod: *de Exhib. reis.* ita tenet Gail. *lib. 1. Obs. 51. n. 2.* Vantius *de nullitate ex defectu citat. num. 52.* Hildrop: *in processu Iur. p. 2. tit. 1. de requis. citat.*

De Jure Bohem:

NOn inseritur libellus citationi, sed integer pro parte datus, unà cum citatione per Camerlingum transmittitur, prout ex formula Iuris Regij patet, Lands-Ord: B. 18. vers. darauff sie eine citation, oder Obeslánj/ in ihren Namen mit benennung der Parteyrn/ vnd an statt der Vrsachen/ warumb die citation geschicht mit Beyschlissung der Klag/ vnd darauff præfigirung eines termini zur Antwort vnd andeutung/ daß beym Land-Recht das Vrtheil zu erwarten ertheilen sollen.

De Iure & Stylo municipali Pragensi.

IPſa Citatio apud Conſulem ad petitionem citantis in librum publicum, qui manuale dicitur, inſcribitur, ex quo poſtea fit tranſumptum cum omnibus circumſtantijs, & datur miniſtro publico, qui vulgò Conſulis amanuenſis, vel frater juratus appellatur. is citando domi ſuæ juſſu Conſulis denunciat, à quo, & ad quem Iudicem ſit citatus, & quando in Iudicio ſe ſiſtere debeat. Präger Statt-Recht B. 6. wann deß Burgermeiſters Diener jemand vorbeſcheiden/ ſollen ſie zu ihm heimgehen / vnd wer ihm vorbeſcheiden läſt/ anzeigen. Vbi libellus Actoris per dictum Fratrem juratum non ſtatim parti citatæ traditur, ſed die citationi præfixo comparenti publicè in ſenatu prælegitur Statt-Recht A. 45. Vnd ſo der Beklagte mit der Beſchickung daheim betroffen würde/ ſoll er alsbald nach derſelben auff den morgen geſtehen/vnd die Klag anhören.

DIFFERENTIA IV.

De Jure Communi.

PArentes utriusque ſexûs ſive naturales, ſive legitimi, Patronus Patronáve non niſi veniâ petitâ in jus vocari poſſunt. *L.* 4. *& ſeq: ff. & Cod. de in Ius vocando.*

De Moribus hujus Regni.

LIberi, parentes non indigent veniâ; ſed impunè in Ius vocant, ſicque ſæpiſſimè debita reverentia exulat.

DIFFERENTIA V.

De Jure Communi.

CItatio debet continere nomen & cognomen Iudicis, ut citatus cognoſcat, an juſſu competentis Iudicis ſit decrera citatio: nam ſupra Iuriſdictionem vel extra territorium citanti impunè non paretur. *L. fin. ff. de Iurisd. L 2. ff. ſi quis in jus vocatus.* Gail. *lib.* 1. *Obs.* 48. *n.* 7. Jacob Ayrerus *Obs.* 2. *n.* 3. Frid: Hildrop. in ſuo Iud: proceſs. *de citat. requiſitis n.* 11.

De

De Jure & Stylo Boh.

APud pleraque tribunalia, prout ex superiori formula patet, id non ita obtinet, sed ponitur nomen Iudicij.

DIFFERENTIA VI.

De Jure Communi.

REquiritur, ut dies certus comparendi in Iudicio exprimatur, ut citatus cognoscere possit, quando Iudicio sisti se oporteat, an sit dies Iuridica nec ne, nam diebus feriatis veluti die festo aut Vindemiarum vel messium nemo ad Iudicium venire compellendus est, *Cap. 1.* ✠ *de ferijs L. 1. ff. & L. 2. 3. & fin. Cod. eod. tit.* Gail. *lib.* 1. *Obs. 53. per tot.* Jacob Ayrerus *Obs.* 2. *n. 55. 56.* Frid: Hildrop. in suo processu Iuris *d. n. 32.* Vall. *d. loco n. 10.*

De Stylo & praxi Regni Bohemiæ.

ETiamsi Insinuatio Citationis die feriato fieri non debeat, neque pars nisi ultrò

trò velit, suscipere teneatur, Königl. Lands-Ord: B. 21. in fine. Jedoch soll solche Insinuation vnd ein Antwortung der Citation nicht an einem gebottenen Feyertag geschehen / es wäre dann sach / daß der Beklagte selbst sie gutwillig annehmen / vnd auff die Schärffe deß Rechtens nicht gehen wolte. Statt Recht B. 23. §. final. terminus tamen 6. 4. 3. vel 2. septimanarum in citatione expressus si incidat in festum Paschatis, Pentecostes, vel Nativitatis Domini, vel Vindemiarum aut messium ferias, nihilominus citatus per se, aut per Procuratorem manè comparere, suúmque responsum, non quidem in loco Iudicij, qui tunc clausus est, sed in domo Vice Iudicis, vel suorum Officialium & Scribarum, Iure Municipali apud Officium Consulatûs ad super scribendum præsentatum offerre, aut dilationem petere tenetur.

DIFFERENTIA VII.

ET quamvis aliàs de Iure Communi non sit necesse ut citatio contineat horam certam comparendi, sed citatus comparere debet horâ Causarum solitâ, & tali horâ,

in

in qua possit actus expediri ante noctis tenebras; Et si apponeretur certa hora, & actus non fieret horâ assignatâ sed aliâ, non valeret, prout tradit Maranta *part. 6. n. 66.* Baldus *in L. si ut proponis Cod. quomodo & quando, &c.* & Innocentius in Cap. *Cùm nobis olim* ¨ *de Elect.* Bart. in L. *aut qui aliter §. fin. ff. quod vi aut clam.*

De Praxi & Stylo Boh. maximè apud Cameraticum Iudicium.

CItationi inseri plerumque solet hora: Inner den nechsten Sechs Wochen vormittag vmb Achte an der halben Schlag Vhr/ bey hochgedachtem Königl: Cammer-Recht entweder Persönlich / oder durch seinen hierzu bestelten Ordentlichen Gewalthabern erscheinen/ vnd ꝛc. Vbi tamen notandum, quòd nihil negligat, etiamsi horâ undecimâ vel etiam adhuc tardiùs compareat.

DIFFERENTIA VIII.

ALiæ præterea quæstiones à Iuris Interpretibus in hac materia solent ventilari,

ri, utrum præſens in Iudicio neceſſariò ſit citandus: item qui citatus ad certam cauſam compareat, teneatur reſpondere in alia cauſa ad quam non eſt citatus, & affirmativam ſententiam amplectuntur nonnulli. Henricus Zoëſius *in tit. de in jus vocando n.19.* Vant. *d. tit. n.17. & 82.* & Andreas Gail. quoad ſecundam quæſtionem *lib.1. Obs.51. num.7.* Vurms. *tit.6. Obs. 14.* Mynſig. *cent. 6. Obs. 6. num.5.* Maranta *p.6. num.13.*

De Praxi & moribus hujus Regni contrarium obſervatur, maximè apud majora Tribunalia.

DIFFERENTIA IX.

De Iure Communi.

MAgiſtratus ſaltem majores durante Magiſtratu in jus vocari non potuerunt. *L.2.ff. de in jus vocando.*

De Moribus & Stylo Regni Bohemiæ.

ETiam Supremi Regni Officiales citari poſſunt.

DIF-

DIFFERENTIA X.

De Iure Communi.

VOlunt exprimendum esse nomen Actionis per *L. 1. ff. de Edendo & L. 3. Cod. eod. L. 2. Cod. de form. L. fin. Cod. de interd.* Iacob Ayrer. *Obs. 1. 2. num. 29.* Licet communis D. D. sententia sit contraria.

Ideoque de Stylo & praxi Boh.

SEcus obtinet: sufficit enim ibi Ius petendi, & causam ex conceptione libelli & conclusione colligi posse, & in hoc convenit cum Iure communi: ubi tamen nota in Regio Tribunali Appellationum, Iudicióque Revisorio à Referendarijs ante omnia nomen Actionis exprimendum esse, Königl: Appellations Cammer-Instruction num. 25. Es sollen auch die Referenten absonderlich dahin beflissen seyn/ daß sie zumahlen in Haubt-processen auff nachfolgende Quæstiones ihre vota ablegen/ als nemblichen: 1. Quæ actio sit instituta, &c. allermassen auch dieser Modus refe-

rendi zu gleich in anderen Hohen Kayserl: vnd Königl: Tribunalien wol bedächtig hergebracht ist/ vnd nutzlich practiciret wird. Unde & laudem merebuntur Advocati illi, qui in conceptione libelli nomen actionis quantum possibile pariter exprimunt, aut saltem ijs insinuant verbis, ut facilè colligi possit, quæ actio sit instituta.

DIFFERENTIA XI.

De Iure Communi.

IN actione reali causam propinquam seu Dominium allegare satis est, *L. in rem ff. de Rei vindicatione.* In personali etiam remota alleganda; hoc est non tantùm dicendum, quòd reus sit obligatus, verùm & addendum, quo ex contractu v. g. peto à te decem ex mutuo, vel ex deposito. *Cap. fin.* ☩ *de libell. oblat.* Vallens. *lib. 3. de libelli oblat. n. 6.* Zoës. *eod. tit. num. 3.*

De Jure Bohem:

IN ambabus causa remota contractûs sive factum exprimi debet Iure Reg. Königl:

nigl: Lands-Ord: E. 18. Vers. Wann dann er N. N. obberürtes Gutt noch biß auff dato besitzt/ vnd aber dasselbe Klägern vermög eines ordentlichen Kauff-Contracts wie sub lit. C. zu sehen/ eigenthümblich zuständig ist/ quo in puncto Advocatus in libello suo obligationem vel contractum aliquem allegans vel adjungens, an in eodem vel eadem causa debendi expressa sit, diligenter attendat est necesse, Vermög Königl: declarat. vnd Novell. Ff. 15. vnd 16. So constituiren / setzen vnd ordnen, wir ferner / daß hinfüro in allen Schuld-Verschreibungen vnd Contracten, sie geschehen gleich mit der Landtaffel/oder den Burggraff-Ambts Registern / oder sonst in andere weg Inner- vnd Ausser-Gerichts / die causa debiti, daß ist / die wahre vnd rechte Vrsach/ auß welcher solche Schuld / darüber ein Obligation von Händen gegeben worden/ herrühret / außdrucklich mit eingesetzet / vnd wo solches in einer Schuld-Verschreibung/sie sey gleich mit der Landtaffel/oder sonst auffgerichtet/ nicht begriffen wäre / so soll die Execution darauff nicht alsobald ertheilet werden.

DIFFERENTIA XII.

De Jure Communi.

POteſt mutari libellus in cauſis tam civilibus quàm criminalibus uſque ad litem conteſtatam: pòſt verò non licet, niſi quis velit uti novo libello, & nova Inſtantiâ, recedendo à priori cum refuſione expenſarum, juxta cap. *Examinata* ✕ *de Iudicijs*, nec quidem ſi partium accedat conſenſus; quia per litis conteſtationem obligatur quis Inſtantiæ, ut ab ea recedere & amplius pœnitere non valeat. L. *Is qui ſe obtulit.* 25. & ibi Gloſſa in verbo *Qui diſceſſit ff. de rei vindicat. L. Sed etſi ſuſcepit.* 52. *ff. de Iudic. L. Nemo. C. de Iuriſd. omnium Iudic.* Vall. *eod. tit. num.* 12. Zoës. *in ff. num.* 10. *& ſequent.*

De Jure Bohem:

PArtium conſenſu & refuſis expenſis poteſt mutari libellus. Nach Außſatz der vernewerten Königl: Lands-Ord: C. 16. in formalibus. da auch Beklagter befünde / daß Klä-

Kläger in seiner Replica sich vnterstunde seine Klage zu ändern / vnd etwan auff solche veränderte Klag newe Zeugenführung / oder Schrifftliche Vrkunden zu gebrauchen / vnd etwas anders zu beweisen / als geklagt worden / oder zu erhaltung seiner Klag vonnöthen wäre / so mag sich Beklagter bey denen Vnter-Ambtleuthen angeben / vnd begehren vber solcher veränderten Klag / weder mit Beweiß / noch sonsten ferner zu verfahren / sondern da Kläger die vorige Klag fallen lassen / vnd eine newe vorbringen wolte / daß er Beklagtem zu forderist die Gerichts-Kosten vnd Schäden erlege. Wann nun Kläger von gedachten Vnter-Ambtleuthen darüber vernommen / vnd auff der veränderten Klag verharrete / wurde Beklagtens begehren billich statt gegeben / vnd Kläger von denen Vnter-Ambtleuten auff maaß vnd Weise / wie gehört / beschieden. Wann aber Kläger sein vorige Action zu verfolgen begehrte / vnd sich gleichwol die geklagte änderung in seiner Replica befunde / soll er damit nicht zugelassen werden / er habe dann die Gerichts-Kosten / so wegen solcher verlängerung deß procesſs aufgelauffen / Beklagtem zuvor erstattet.

De Iure tamen municipali.

Libellus non nisi ante litem contestatam deseri seu mutari potest, Statt-Recht A. 45. §. 5. post litem contestatam. Nach befestigung deß Kriegs kan der Kläger von seiner Klage nimmer ablassen / aber ante litem contestatam, vor der Gegenantwort oder befestigung deß Kriegs / kan vnd mag er von der Klag ablassen.

DIFFERENTIA XIII.

De Jure Communi.

Libellus usque ad sententiam emendari potest.

De Iure Bohem.

Secus est: ubi non nisi ante litẽ contestatã eum emendare licet, vermög obberürter Statt-Recht A. 45. in verbis: Noch sich in derselben verbesseren. Item vernewerte Lands-Ord: B. 41. in verbis: Da auch die Sach vor ein anders Recht gehöret / oder die Vnter-Ambtleuthe befunden / daß in stellung der

der Klag Kläger etwan einen kundbahren Irrthumb / vnd so leicht corrigiret werden könte / begangen / sollen gedachte Vnder-Officirer ehe vnd zuvor sie citationes ertheilen / solches erinnern / damit die Sach nicht auffgezogen / oder die Partheyen verführt werden.

DIFFERENTIA XIV.

De Iure Communi.

POtest etiam Actor in libello suo plures actiones simul cumulare, sive ex diversis causis ad diversa contra eundem vel diversum agat, sive etiam ex eadem causa & ad idem contra diversos, si modò nihil obstet cumulationi, *L. si idem cum eo lem. ff. de Iurisdict.* Gail. *lib. 1. Obs. 63. n. 1.* idque favore dirimendarum litium, iisque sigillatim à Reo respondendum est, & à Iudice totidem secundùm cujusque actionis naturam sigillatim proferendæ sunt sententiæ in eodem Iudicio. Vallens *d. tit. n. 7.*

De Jure Bohem.

LOngè aliter se res habet. si enim Actor plures actiones in uno libello cumula-

ret, eæ autem non ita sibi invicem cohærentes essent, quin facilè divisionem paterentur, tunc Actor ab inferioribus Officialibus ante processum dehortabitur: si autem nihilominus in sua intentione permanere vellet, reus autem non nisi ad primam actionem respondere velit, tunc semotâ omni disputatione ratione cumulationis vel concursûs actionum, in judicando primo loco posita actio observatur, reliquæ in aliud judicium differuntur, Iur. Reg. Lands-Ord: B. 24. Wann in einem Klag-Libell mehr als ein Action oder Rechtsfertigung begrieffen/ vnd dieselbe Actiones einander nicht dermassen anhängig/ daß sie von einander keines wegs gesondert werden können: soll zwar Kläger solches von denen Vnder-Ambtleuthen/ ehe vnd zu vor sie den proceß ertheilen/ erinnert werden; da er aber einen weg wie den andern auff seiner meinung bestünde/vnd sich Beklagter weiter nicht als auff die erste Action einliesse/ soll deßwegen keine Weitleuffigkeit verstattet/ oder etwan das disputat wegen der cumulation oder concurs der Actionen eingeführet/ sondern im versprechen allein auff die Action, so zum ersten gesetzt worden/ gegangen/ die andere Sachen aber zu einer absonderlichen Erkandtnus verschoben werden.

De Jure municip: Prag:

PRo irrito habetur libellus, in quo plures Actiones diversæ cumulantur, B. 15. Wer wegen zweyen oder dreyen unterschiedlichen Sachen/ so nicht zusammen gehörig/ noch sich einander beruhrten / mit einem Klag-Libell beschuldigte und vornehme.

DIFFERENTIA XV.

De Jure Communi.

VT bene formetur libellus tria substantialia attendi debent, nimirum narratio facti, medium concludendi, & ipsa conclusio, ut docent: Iason *in* §. *omnium n. 115.* & Schneid. *n. 108. Inst. de action. speculat. tit. de libelli concept.* §. *quid libellus continere debeat n. 3.* Maranta *de Ord. Iudic. part. 6. de libell. oblat.* juxta communem illum versiculum:

Quis, quid, coram quo, quo jure petatur, & à quo,
Rectè compositus quisque libellus habet.

De Iure Boh: autem.

VT libellus bene formetur, attendendum priùs, an intentio Actoris in quæstione Iuris, an in facto consistat. nam si in facto, libellus Actoris in articulos redigendus; sin verò in jure consistat, sinè articulis proponendus est, Lands-Ord: B.20. vnd zwar wann mehr als ein Articul in der Klag zu beweisen ist / so soll die Klag in articulis verfast / vnd ein jeder Articul sich auff die durch gewisse literas oder numeros notirte / vnd zu End der Klag angezogene Namen der Zeugen / oder beygelegte schrifftliche Vrkunden referiren vnd ziehen / wann aber nicht vnterschiedene Articul zu beweisen seyn / oder auch deß Klägers intention nicht in facto, sondern allein auff einer quæstion Iuris bestünde / vñd er also an statt deß Beweises das Recht / darauff er sich gründete / anziehen wolte / so soll die Klag vnarticulirt verfast werden.

DIFFERENTIA XVI.

De Jure Communi.

SOlent in calce libelli apponi nonnullæ clausulæ per Advocatos, quarum quatuor

tuor tantùm, ut putat Maranta, valde esse utiles, & in omni libello pro utilitate libellantis apponendas. & prima est illa, super quibus omnibus & eorum singulis peto mihi jus & justitiam administrari, quæ clausula salvat libellum ab omni ineptitudine, Cap. *cùm dilectus.* 2. in verbis justitiam fieri postulabat, ✠ *de Ord. cog.* Cap. 2. in verbis petierit Iustitiam, ✠ *de off. ord. cap. 1. de off. delegat.* Cap. *Ecclesia S. Mariæ 3.* ✠ *ut lite pendente.* Maranta *p. 6. de libelli obl. num. 9.* Mynsig: *Cons. 59. num. 15.* & *cent. 4. Obs. 55. n. 4.* Gail. *lib. 1. Obs. 61. n. 11.* Iacob Ayrerus *Obs. 6. n. 37.* Hildrop. in suo processu Iud. *lib. 9. de libelli oblat. n. 50.*

De Praxi & Stylo Boh.

LIcet ab advocatis etiam abusivè libellis inseratur, nullatenus tamen talem habet effectum.

DIFFERENTIA XVII.

De Iure Communi.

ILlam clausulam omni meliori modo operari ut libellus interpretetur eo modo, quo

quo favorabiliùs est Actori libellanti. Maranta *in suo speculo p. 6. n. 16.* Felin. in cap. *Cùm super* ✠ *de off. deleg.* ubi refert 6. effectus hujus clausulæ.

De Praxi Bohem.

NE quidem unum effectum producit, sicut nec aliæ clausulæ, quibus aliàs in praxi utimur.

DIFFERENTIA XVIII.

De Iure Communi.

CLarissimi & Illustres in Iudicio agere volentes, juramento tantùm promittunt judicatum solvi & judicio sisti.

De Jure Bohem:

QUando offertur libellus in Iudicio, indistinctè omnes, cujuscunque sint dignitatis, si non possideant bona immobilia in Regno, tenentur vel pignoribus, vel uno aut duobus in Regno possessionatis fidejusso-

jussoribus cavere, Lands-Ord: B. 43. vers: So soll hinfüro der Kläger bey eingebung der Klag/ auff dem fall er nicht/wie oben berührt/ Landgütter besesse/ die caution oder den Fürstand mit einem oder zweyen im Land angesessenen Bürgen bestellen. Item §. Hat er sich zu Bestellung der caution durch Unterpfandt zu erbieten. Vbi tamen nota in casu ubi nec pignora nec fidejussores haberi possunt, ab Officialibus minoribus Tabularum Regni etiam Iuratoriam cautionem admitti, Lands-Ord: B. 44. Wann aber Kläger weder mit Bürgen nach Unterpfant gelangen könte/ vnd genungsamb anzeugung thäte/ was gestalt er sich vmb Bürgschafft beworben/ dieselbe aber nicht bekommen könne/ soll von gedachten Vnder-Ambtleuthen er ad Iuratoriam cautionē zugelassen werden/ vnd ein Eyd schweren/ wie daß er vber angewendten möglichen Fleiß keine Bürgen erlangen können/ aber nicht destoweniger denen Rechten nachkommen/ vnd was ihme dieselben zu erkönnen werden/ leisten wölle.

DISSE-

DIFFERENTIA XIX.

De Iure Communi.

NOn aliàs admittitur Procurator vel Mandatarius ad agendum in Iudicijs, niſi mandatum legitimè factum oſtendat, exceptis conjunctis perſonis, in quibus mandatum non deſideratur, quales videntur eſſe in linea recta omnes in infinitum, ſecundùm textum in L. *Sed & hæ 35. ff. de Procurat.* in tranſverſa verò qui parentum, fratrum, filiorum locum obtinent. Innocent. & eum ſecutus Abbas in cap. *nonnulli 28. §. ſunt & alij* ✕ *de Procurat.* Zoës. *eod. num. 7.*

De Stylo Bohem.

ETiam ab hujusmodi perſonis exigitur mandatum in Iudicio, niſi filij adhuc minorennes ſint. Lands-Ord: B. 27.

Ius municipale autem

COnvenit cum Iure Communi Statt-Recht A. 58. Ein Vatter kan vnd mag

an statt seiner Kinder / vnd ein Ehemann von wegen seines Eheweibs / ein Haußwirt wegen seines Gesinds in causis civilibus klagen / vnd vornehmen / vnd auch wiederumb beklagt vnd fürgenommen werden.

DIFFERENTIA XX.

De Iure Communi.

CAusa conventionis & reconventionis pari passu ambulant, & simultaneo processu unáque sententiâ terminanda *L. 1. §. fin. quæ sentent. sinè appell. rescin.* Cap. *cùm dilectus* ✠ *de ord. cogn.* glossa in cap. *prudentiam*, in verb. eodem ✠ *de mutuis petit.* quod pulchrè declarat Barth. in authent. & conseqq. Maranta *p. 4. dist. 11. num. 13.* usque ad *20.* Frid. Hildrop. *p. 2. tit. 11. num. 30. 31.* Henricus Zoës. in Comment. ad ff. tit. *de Iudic. num. 90.* & in Comment. ad Decret. tit. *de mut. petit.* Vallens in tit. *de mutuis pet. §. 3.*

De Iure Bohem.

QVando alienigena agit contra incolam sive indigenam, tunc non nisi finitâ

nitâ actione permittitur reconventio Iur: Regio Lands-Ord: B. 45. Es sollen auch die Außländer / wann sie einen Innwohner in vnserm Erb-Königreich Böheimb vor seinem ordentlichen Gericht zu Recht vornehmen / schuldig seyn obberührte Caution nicht allein auff die Schäden vnd Vnkosten / sondern auch die Gegen-Klag vnd reconvention zurichten vnd zu caviren / daß wann der Innwohner gegen dem Außländer hinwider zu vnd anspruch hätte / er deßwegen (jedoch eher vnd zuvor nicht / biß die von ihm erhobene Klag zu End gebracht) dem Innwohner in mehrgedachtem vnserem Erb-Königreich vor dem Recht / da die Sach hingehörig / Red vnd Antwort geben / vnd daselbst Rechtlichen außschlags erwarten solle. Idem habet Ius Municip. Prag. G. 34. Wann ein einheimischer Schuldner die zu erkante Gelder vermög deß Vrthelspruchs hinter die Gericht eingelegt hat / mag er dieselben einem Außländer oder Frembdling wiederumb verkümmern vnd begehren / daß dieselbigen biß zur Außsuchung seiner Gerechtigkeit nicht möchten gefolget noch außgegeben werden / jedoch sollen solche Kummer / welche also reconventione vnd durch Wechsel-Recht darzu schreitten / ihre Gerechtigkeit in 4. Wochen nacheinander zum End bringen.

DIF-

DIFFERENTIA XXI.

De Iuramento Calumniæ.

De Iure Communi.

LIte conteſtatâ aut etiam non conteſtatâ ijs ſcilicet caſibus, quibus litis conteſtatio non eſt neceſſaria, aliter actori ac reo ſuis allegationibus uti non permittitur, quàm ſuo ordine prius quidem actor, deinde reus Iuramentum Calumniæ tactis Sacroſanctis Evangelijs, præſtiterit. Cap. penult. ꝟ *de Calumn. §. 1. eodem in 6. L. 2. Cod. eod.* Abbas in cap. *Cùm cauſam n 5. d. tit. Specula. tit. de Calum.* Vallens. Zoës. Caniſius, Honorius ab Axel. *eod. tit.*

De Conſvetudine hujus Regni.

NEc ab actore nec reo præſtatur, ſi praxim Venerab: Archiepiſcopalis Conſiſtorij Pragenſis excipias.

DIFFERENTIA XXII.

De Iure Communi.

ADvocati ab initio litis de Calumnia jurare tenentur in omnibus causis. *L. 2. Cod. de Iuramento propter Calumniam. L. rem non novam 14. §. patroni autem. Cod. de Iud.*

De Iure Bohem:

NOnnunquam Advocati, nonnunquam ipsæ personæ principales tantùm in causa Revisionis vigore rescripti à Ferdinando III. gloriosissimo Imperatore Anno 1644. 28. Iunij emanati ver: Sich bey Unserer Königl: Böhm: Hoff-Cantzeley entweder in Person/oder durch einen Gevollmächtigten anzugeben/ vnd darauff nicht allein das Iuramentum Calumniæ abzulegen/ ꝛc. & in hoc casu ubi principales personæ id non præstant, tunc Advocati vel Procuratores subire tenentur. Item de Consvetudine & Stylo Tribunalium in casu quo una pars litigans alteri defert Iuramentum in Iudicio, Iure Regio Lands: Ord: D. 29. vers: Das

Das Iurament oder Aydes leistung dergestalt zugelassen werden / daß zu forderst ein special Iuramentum Calumniæ, oder Ayd deß Gefährds von Klägern geleistet werde. Item in casu, quando in Duplica vel pôst novi testes vel nova instrumenta producuntur Iure Regio C. 38. vers. Jedoch wann sie etwan zu Beweisung derer in ihren Schrifften gesetzten Articul newe Zeugen in Erfahrung brächten / oder auch newe Instrumenta erst von newen erfahren oder gefunden / vnd daß sie dieselbe nicht calumniosè vnd zu verlängerung der Sach vorbrächten / ꝛc. Ita C. 39. vers: Jedoch daß producent zu erhaltung dieser frist ein absonderliches Iuramentum, daß er die Zeugen nicht eher erlangen können / vnd daß er es nicht thue die Sach vorsetzlich auffzuziehen / ꝛc.

DIFFERENTIA XXIII.

De Iure Communi.

LIcet Personæ Principales Iuramentum Calumniæ præstiterint, nihilominus & earum Procuratores requisiti, illud quoque suo nomine & in animam suam post-

quam susceperunt, præstare debebunt. *Cap. 2. §. Procuratores. eod. in 6.*

De Consvetudine hujus Regni Secus obtinet.

DIFFERENTIA XXIV.

De Iure Communi.

SI pars adversa exigat Iuramentum dandorum vel Calumniæ à Procuratore Fisci, tenetur illud præstare, quia singulariter receptum ibidem est fiscum tantùm esse privilegiatum in casibus in jure expressis.

De Iure Reg: Bohem:

PEr specialem Novellam Novellarum relatam in dem Roßmarinfarben Relation Quatern Anno 1641. am Montag nach St. Laurentij / das ist den 12. Augusti A. 7. à Ferdinando III. Imperatore gloriosissimæ memoriæ Procurator Fisci à Iuramento calumniæ liberatur: Demnach Wir mit befrembdung vernehmen müssen / daß Unserm

Königl:

Königl: Procuratori bey liquidirung Unserer hin vnd wider vorfallenden Sprüch vnd Forderungen/ gleich wie von andern gemeinen prætendenten billich geschehen pflegt sub ingressu litis das Iuramentum Calumniæ zugemuthet werden wolle / Wir aber dergleich vngewöhnliche vnd widerrechtliche / auch Uns vnd ermeldtem Unserm ohne das zur Justitz geschwornem Königl: Procuratori fast nachtheil- vnd verkleinerliche noviteten keines weges einführen zu lassen gemeinet/ etc. Als haben Wir euch solches hiemit anfügen / vnd gnädigst anbefehlen wollen / daß Unsertwegen ihr Unsere nachgesetzte Tribunalien vnd Gerichts Instantien dessen gebührend erinnert/ vnd denenselben / ob solcher Unserer gnädigsten resolution bey begebenden vorfallenheiten würcklichen Schutz vnd Hand zu haben gemessen aufferleget.

DIFFERENTIA XXV.

De Dilationibus.

De Iure Communi.

VT deliberatè petitis respondeatur, dilationes sunt inductæ: quæ sunt assi-

gnatio temporis, intra quod actus Iudicialis expediendus, quædam sunt legales & à Lege datæ, quædam conventionales ex consensu partium concessæ, quædam arbitrariæ, quæ arbitrio Iudicis dantur causâ cognitâ pro personæ, causæ, temporis, loci, &c. conditione. Aliæ præterea initio litis, sive ante litem contestatam dantur ut Citatoriæ, quæ vocato dantur ad comparendum termino assignato, qui si ad illum non comparet vocandus, secundò & tertiò justo temporis intervallo nimirum 10. dierum. *L. ad peremptorium 68.* & duabus seqq. *ff. de Iudicijs L. properandum 13. C. eod. tit.* Quanquam sunt qui existimant decem illos dies inter singulas Citationes Iure Novissimo esse auctos ad triginta, *Auth. qui semel C. quomodo & quando Iudex.* Etiam interdum peremptorius assignatur terminus. *L. & tertium 70. ff. de Iudicijs.*

De Iure Regio.

CItatoriæ dilationes, quæ vocantur termini, non tantùm dantur regulariter ad comparendum intra sex septimanas, sed etiam ut Reus intra idem tempus, si est in Regno

Regno ad actoris porrectum, & sibi à Iudice per Camerlingum cum Citatione transmissum libellum, in scriptis exceptionem suam ad Iudicium porrigat, aut prorogationem hujus termini ad tres septimanas, hisque lapsis ad duas petat. Quod ipse Reus apud alia tribunalia potest facere. Apud Regni Tabulas (quantumvis Ius Provinciale infra citatum C. 6. in verbis von Beklagten oder seinem Procuratore vorbracht/ alternativam permittat, nullum tamen scriptum nisi à jurato Procuratore propositum suscipi solet) Reus per juratum Procuratorem Provincialem id agere tenetur, Königl: Lands-Ordnung C. 6. vers. Soll er hierauff inner halb Sechs Wochen Schrifftlichen antworten/ vnd seine Antwort mehrgedachten Vnder Ambtleuthen bey der Landtaffel/ damit sie Kläger/ oder dessen Procurator daselbst empfangen möge/ vbergeben. Vnd da er Beklagter inner halb der 6. Wochen mit seiner Exception nicht fertig werden können/ soll er noch vor Außgang der Sechs Wochen sich bey mehrgedachten Vnder-Ambtleuthen angeben/ vnd vmb anderwerts Dilation anhalten/ so ihm auch/ wann er Vrsachen andeutet/ auff 3. Wochen/ vnd ehe dieselben verfliessen/ anderwerts Vrsachen

vorbrächte/ warumb er nicht fertig werden können/noch auff 14. Tag von denen Vnder-Ambtleuten vergunt vnd zugelassen werden. Idem hat die Kön: Lands-Ord: E. 4. & 5. & hoc habet locum quando Reus est in Regno, quia si est extra, tunc habet primò 6. septimanas, & tunc si petat bis prorogationem sive dilationem 12. septimanas, Königl: Lands-Ord. B. 22. Da sichs aber zutrug/ daß der Beklagte gar ausser Landes/ ꝛc. & sicut reus intra prædicta tempora suam exceptionem, ita & Actor suam Replicam, & vicissim Reus suam Duplicam Iudici porrigere tenetur. Königl Lands-Ord: C. 12. 13. 14. 15. E. 7. 8. 9. 10. 11.

De Iure municipali Prag:

TErmini & eorum binæ prorogationes sunt multò angustiores, & tantùm 14. dierum. Statt-Recht A. 54. vers. post litem contestatam, nach befästigung deß Kriegs auff 14. Tag/ zum andern auff begehren der Parthen aber auff 14. Tag/ vnd zum drittenmahl gleichfals/ ꝛc. Quod si verò Actor vel Reus etiam intra terminum perèmptorium ultimorum 14. dierum necdum neces-

necessaria acta conquirere, paratúsque ad Iudicium venire possit, dantur eidem, si justas adduxerit causas, vel Iuramentum calumniæ præstare paratus sit, ex beneficio Iuris certus adhuc terminus pro arbitrio magistratûs constringendus, intra quem, nisi causæ rerúmque suarum jacturam pati velit, infallibiliter respondere tenetur, per dictum Ius munic. A. 54. num. 2. Da aber Kläger/ oder der Beklagte fürm Rechten auff bestimbten Tag stehende/ noch mit ihrer Rechtlichen Notturfft ohn argelist nicht fertig hätte werden können/ vnd dessen genugsame Vrsachen vorbrächten/ oder es mit dem Ayde erhalten/ daß sie ohne argelist/ mit ihrer Rechtlichen Notturfft nicht fertig werden können/ wie folgends der Ayd vnder diesem Artickel beschrieben ferner in sich hält/ so wird noch den Parthen ein gewisser Termin auß Gnad deß Rechtens mitgetheilet: wird nun einige Part auff denselben nicht gestehen/ so ist sie ihrer Sachen verlustig/ vnd kombt vmb das warumb sich das Recht angefangen.

DIFFE-

DIFFERENTIA XXVI.

De Jure Communi.

SI Reus ad primam citationem non compareat, adhuc bis vel peremptoriè citatur, antequam in contumaciam contra ipsum proceditur. *d. L. & tertium. 70. ff. de Iudicijs. L. tres denuntiationes 9. C. quomodo & quando Iudex &c.*

De Jure Bohem:

SI ad primam Citationem Reus suam Exceptionem intra præfatum tempus ad libellum Actoris Iudici non porrigat, vel ob causas legitimas dilationem non petat, non amplius citatur, sed si postea prægnantem causam apud proximum provinciale Iudicium ejus probare non potest, tunc ad petitionem Actoris ein erstandenes Recht ergehen thut / Konigl: Lands-Ordn: D. 34. vers. 6. So setzen / ordnen vnd wollen Wir / zum fal der Beklagte auff eingebrachte Klag innerhalb 6. Wochen / wie oben verstanden / seine Schrifftliche Antwort nicht einbräch-

brächte/ auch inner halb derselben Zeit nicht etwan auß gewissen rechtmässigen Vrsachen/ wie ob gehört/ Dilation begehrte/ daß auff anhalten deß Gegentheils solches von der Land-Taffel durch einen Bericht/ neben vberschickung deß von dem Kläger eingebrachten Klag-Libells an das LandRecht gebracht werde/ welches dann auff deß Klägers begehren/ da Beklagter nicht genungsambe Vrsachen vorbrachte/ ein erstandenes Recht wider ihn ergeben lassen/ ꝛc. Statt-Recht A. 45. vers. So aber der Beklagte. ubi tamen diligenter notanda differentia superiorum & inferiorum Tribunalium in hoc inclyto Regno, nam uti superius dictum, in illis ad primam statim citationem Reus vel comparere vel dilationem petere debet, in his autem ad primam & secundam Citationem impunè emanet, quod ultimum etiam apud Venerabile Archiepiscopale Consistorium Pragense observatur.

Si autem reus nunquam nec dilatoriè, neque in causa principali responderit, tunc nisi sua impedimenta, prout jam dictum, probaverit, non amplius auditur, sed causam amittit, & in id, quod Actor probaverit, condemnatur. Königl. Decla-

rat:

rat: vnd Novell. C c. 2. Sin autem Reus principaliter exceperit, & solùm suam duplicam in termino præfixo non porrexerit, tunc ea pro perdita declaratur, & nihilominus Iudex ad sententiam procedit, si tamen Reus in sua exceptione denominaverit testes, tunc nihilominus ad processum probatorium admittitur. Königl: Declarat: vnd Novell: C c. 3. Da aber der Beklagte sein Haubtsachliche Notturfft excipiendo schon gehandlet hätte/ vnd allein mit seiner Duplic oder sonst saumig wurde/ soll zwar solche Satzschrifft vor verlustig erkennet werden/ die Vrtheils-Sprecher aber dannoch schuldig seyn die Acta vnd Allegata beyderseits zu ersehen/ vnd nach befund der Sachen ihr Vrthel zuschöpffen/ da auch der Reus sich in seiner Exception einer Zeugenführung angegeben/ vnd dieselbe nach außweisung der Newen Lands-Ord: benennet hätte/ so soll er zu dem Weisungs procefs dannoch zugelassen werden. Idem obtinet, si Actor replicando negligens aut contumax sit. Was den Actorem betrifft/ im fal derselbe mit seiner Replic saumig oder contumax wurde/ soll es im gleichen/ wie jetzt/ wegen deß Beklagten/ da er sich mit seiner Duplica versaumete/ außgesetzt gehalten werden. C c. 4

DIFFERENTIA XXVII.

De Jure Communi.

EXecutio citationis die feriatâ fieri potest, quia est facti, nec fit per Iudicem, sed per nuntium vel notarium, vel per literas, nullámque causæ cognitionem requirit. *Cap. prudentiam. Cap. Cùm contingat* ⁖ *de officio delegat. Cap. Cùm parati,* ⁖ *de Appellat.* Gail. *lib. 1. Obs. 53. n. 5. & duob. seqq.* Vallens in tit: *de ferijs. n. 3.*

De Iure Bohem. verò

CItatio valida est, si Reus, cui ea insinuatur, velit eam diebus feriatis acceptare, Iure Reg. Lands-Ord: B. 21. vers. Jedoch solle solche Insinuation vnd ein Antwortung der Citation nicht an einem gebottenen Feyertag geschehen / es wäre dann Sach / daß der Beklagte selbst sie gutwillig annehmen / vnd auff die schärffe deß Rechtens nicht gehen wolte.

DIFFE-

DIFFERENTIA XXVIII.

De Iure Communi.

DEliberatoriæ dilationes, quæ ſunt viginti dierum. *Auth. offeratur. C. de litis conteſt.* dantur Reo, ut deliberet, an litigare velit vel non.

De Jure Bohem.

DAntur ante omne Iudicium ei, contra quem aliquis cogitat litem movere ad reſpondendum ſciſſis literis. Vide quæ de his tradita ſuprà ab initio hujus partis.

DIFFERENTIA XXIX.

De Iure Communi.

IN medio, ſive poſt litem conteſtatam dantur probatoriæ ad Allegatorum & Exceptionum probationem, quarum ſpacium Lex ita eſt moderata, ut ſi ex eadem Provincia, in qua lis agitur, ſint producendi teſtes, aut inſtrumenta, non amplius quàm tres menſes indulgeantur; ſi ex aliqua, continenti tamen, non ultra ſex; ſi ex ultra marina, non ultra novem, quod tempus

pus non excedit Iudex, quamvis diminuat ex causa: potest tamen iteratò dare hoc spatium ex causa urgente, ut habet textus in L. 1. *C. de dilationibus.* & in *L. 7. ff. de ferijs.*

De Jure Bohem:

DIlationes sive termini se protendunt ultra novem menses. Königl: Lands-Ord: C. 44. vers. Welches dann vmb so viel mehr statt hat / weilen die termini vnd Dilationes, so zur einbringung deß Beweises in dieser Vnserer Lands-Ordnung nach gelegenheit der vnterschiedenen fäll gegeben / sich vber 9. Monath erstrecken.

DIFFERENTIA XXX.

De Iure Communi.

IN pecuniarijs causis omnis dilatio singulis causis plùs semel tribui non potest, in capitalibus autem reo tres dilationes, accusatori duæ dari possunt, sed utrumque causa cognitâ. *L. fin. ff. de ferijs & Dilationibus.*

De Jure Bohem:

EÆdem dilationes & termini dantur Reo & Actori prout ex suprà allegatis Iuribus & Iure Municip. Prag. A. 44. colligitur.

DIFFERENTIA XXXI.

De Iure Communi.

DIes pro termino assignatus, totus cedit illi cui assignatus, unde etiam ultimo momento rectè comparet. *§. omnis stipulatio.* Instit. *de verb. oblig.*

De Stylo Bohem:

TAntùm medius dies usque ad horam duodecimam cedit illi, cui assignatus pro termino.

DIFFERENTIA XXXII.

De Iure tam Can: quàm Civili.

IUdæi non possunt esse testes contra Christianum & Catholicum. Can: *non potest*, & Can: *Pagani* 2. *q.* 7. Cap: *Iudæi* ✻ *de*

✠ *de testibus*, *L. quoniam Cod. de hæretic:* tum ratione odij quo illum prosequuntur. Can. *Nonne causâ 1. q. 1.* tum quia non potest erga homines esse fidelis, qui Deo extiterit infidelis, atqui testem oportet esse fidelem. Cap. *licet 51.* ✠ *de testibus & attest:* Concordat jus municipale Statt-Recht B. 61 in verbis, *Fur, Iudæus*, &c. Farinacius *lib. 2. tit. 6. q. 56.* Vallens *de testibus & attestat. n. 17.* Zoës. ✠ *eod. tit. n. 11.*

De Praxi Boh.

JUdæi non tantùm sunt testes idonei quando pro Christiano contra Christianum, sed etiam quando pro Iudæis contra Christianos testantur, ídque per speciale Regium Privilegium Anno 1648. Iudæis indultum, in quo cavetur, si aliud nihil obstet, solam Iudaismi Exceptionem à dando testimonio non removere. Verba Privilegij sic sonant: Im fall auch die Juden bey den Christen/ oder ihren selbst eigenen Gerichten zu Zeugen produciret wurden/ sie den ihnen vorgeschriebenen Juden-Ayd leisten und ablegen sollen/ und da sonst kein andere Exception, als daß sie Juden wären / wider ihre

Person sich ereignen wurde / so soll derselben Deposition vnd Außsag gleich wie im Heil: Röm: Reich / vnd sonsten in anderen Orthen tågliche observantz ist / bey allen Gerichts Instantien vor gültig angenommen / vnd im vrtheilen wie andere Zeugnüssen attendirt werden.

DIFFERENTIA XXXIII.

De Iure tam Can. quàm Civ.

NOtum est testem injuratum nullam fidem facere, tota enim substantia depositionis testium consistit in Iuramento. Cap. *Quoties*. Cap. *licet*. Cap. *tuis quæstionibus*. Cap. *nuper 51*. ⁖ *de testibus & attest*. L. *Ius jurandi*. *C. de testibus*. Gail. *lib*. 1. *Obs*. 101. *n*. 1. Vallens.

De Iure Bohem.

NObiles & Illustres personæ non tenentur personaliter comparere ad perhibendum testimonium, sed per scripturam sub fide sua, absque corporali Iuramento deponunt, & depositionem obsignatam Iudici Examinis transmittunt. Vnder ihrer Handschrifft vnd Petschafften in Sachen die nicht Leib / Ehr / vnd Erbgrund betref-

treffen / aliàs secus Iure Reg. Lands-Ordn: C. 47. es kan aber niemand ohne leistung deß Zeugen-Ayds mündlich Zeugnus geben / oder auch schrifftlich in Sachen / so Leib / Ehr / vnd Erbgrund betreffen / vor dem LandRecht Zeugnus thun / sondern soll jederzeit auff vorgangenen gewöhnlichen Ayd in obberührten Sachen das Zeugnus Mündlich vorbracht / vnd von dem darzu verordneten Schreiber auffgeschrieben werden / ꝛc. Idem statuit Ius Municipale Pragense. Präger Statt-Recht B. 48. ohne vorgehender Aydspflicht soll niemands kein Mündlich Zeugnus geben. Item B. 49. Wer sich einiges Wapffens gebraucht / mag solches mit einem Brieff vnder seinem Insigel / oder derer / so er darzu erbetten / in Sachen NB. so nicht Leib / Ehr / vnd Gutt betreffen / bezeugen / ꝛc. & secundùm hæc intelligendus Andreas Gail. *lib. 1. Obs. 10. n. 1.* qui indistinctè sentit Nobiles & Illustres personas in Regno Bohem. sinè corporali Iuramento deponere.

DIFFERENTIA XXXIV.

De Jure Communi.

CItatur pars producens testes ad videndum recipi, & jurare testes, Beyden

Theilen wird der Verhörs-Tag verkündiget / & sic utraque parte præsente testes jurare debent. *L. Iudices. C. de fide Instrument.* Glossa *ibid.* in verbo *deposit.* *L. Si quando 19. C. de testibus Cap. 2.* ✠ *de testibus.* Glossa *ibidem* in verbo *audire.* Felinus: *n. 3.* Panorm. & alij *ibid.* Gail. *lib. 1. Obs. 96. n. 6.*

De Consvetud: Bohem:

VTraque parte etiam absente testes jurare debent, & solent: & non est opus, ut pars producens testes ad videndum & audiendum eos jurare, citetur; sed ut hæc productio testium valeat, reus à producente octiduo antè cum communi citatione articulorum & nominibus testium certior faciendus est, ad dandum interrogatoria, si velit: id est si Religiosorum Ecclesiasticorúmve subditi evocentur. Lands-Ord: D. 5. Wann einer in einer Königl: oder Herren Statt / oder Geistlichem Gebiet etwan Underthanen / und Bawersleuthe zu Zeugen brauchen und führen wolte / ꝛc. Iure Municipali Prag. Statt-Recht. B. 43. Si quis impossessionatos homines in alijs Iudicijs in testes producere vult, tunc indigenæ

næ parti biduo, alienigenæ autem quatuor ſeptimanis antè nuntiare, ut videant eos, & in eorum nomina inquirere poſſint; alias eſſet productio etiam nulla. So jemand vngeſeſſene Leuth in andern Gerichten zum Zeugnus führen wolte / ſoll er ſolches der einheimiſchen Part zwey Tag zu vor / frembden aber 4. Wochen zuvor zu erkennen geben.

DIFFERENTIA XXXV.

De Iure Communi.

VT colligitur ex dictis textibus teſtes citantur ad teſtimonium dandum, ſub termino arbitrario Iudicis pro qualitate causæ perſonarum, & loci diſtantia. Can. *Inducia 3. q. 3.* Baldus, & Moder. in *L. 1. C. de dilat.* Gail. *lib. 1. Obſer. 91. n. 13.*

De Iure Regio.

EST terminus 4. ſeptimanarum Lands-Ord: C. 25. vnd ſoll der terminus in der Citation der Zeugen auff 4. Wochen von dem Tag anzuraiten / als Beklagtem vermög deß Kammerlings Relation die Citation vnd Klag eingeantwortet / gerichtet vnd angeſetzt

werden. Item vers: Da auch etwan ein Zeuge auff dieselbe Zeit nicht erschiene/ vnd also die erste Citation nicht in acht genommen hätte / solle er zum andern mal inner halb 14. Tagen von dem ersten Termino anzurechnen / zu erscheinen citiret werden/ ꝛc.

DIFFERENTIA XXXVI.

De Jure Communi quoq;

PRout etiam ex dictis textibus colligitur Citationi testium non statim pœna inseritur in casum non comparitionis.

De Iure Regio verò

STatim primæ citationi inseritur in casū non factæ comparitionis & reiteratur. Lands Ord: C. 24. vers. Vnd derselben Citation die Gelds Straff / im fall Zeug nicht erschienen/ einverleibt / auch wann er zum ersten mal aussen bliebe/ zum andern mal an stat deß Duhons also citiret/ vnd wann er alßdann auch nicht erschiene/ vnd daher Zeugenführer seinen Vngehorsamb beschuldigt / solches alles fleissig registriret / vnd denen Actis beygesetzt werden / damit nachmahlens die

Land-Rechts Beysitzer beym versprechen, darauff der Straff halber erkennen mögen.

De Iure Municip. Prag. B. 43. & 45. Si impossessionatus semel, aut ad summum bis, ad dandum testimonium citatus non compareat, capitur, & ad id adigitur. So ein vnangesessener Zeug nach der ersten Beschickung Zeugnus zu geben nicht gestunde / soll er gefänglich eingezogen werden: Item B. 45. Vngesessene Leuthe / so sie nach der anderen Beschickung oder Vorladung abermal kein Zeugnus geben / sollen sie alßbald mit Gefängnus darzu gehalten werden.

DIFFERENTIA XXXVII.

De Iure Communi.

SI extra locum habitationis testes peregrè evocentur, viaticum necessarium producens tenetur suppeditare. Cap. *Statutum §. proferendo & §. insuper. de rescriptis in 6.* Id nisi fecerit, citati testes comparere non tenentur. *d. §. proferendo.* ibi notabilis Glossa in *d.* verbo *Expensas.* Cavere tamen Iudex vel Commissarius debet, ne testes ultra definitum à Iure tempus, puta 15. dies in loco examinis detineat, aliàs

etiam veniâ non petitâ diſcedere, & domum redire poſſunt per textum in *L. Si quando C. de teſtibus.* Gail. *lib. 1. Obs. 99.* per totum.

De Iure Regio.

PRoducens ejusmodi teſtem ruſticum, mercenarium, pro ſingulis milliaribus duos groſſos Bohemicos, qui faciunt Miſnicos quatuor, ſolvendos ante citationem decretam deponere debet. Lands-Ordnung C. 48. Bawers vnd andere gemeine Leuthe/ welche mit ihrer Hand-Arbeit ihre Nahrung ſuchen/ vnd nicht als Burger angeſeſſen ſeyn. & hujusmodi teſtes diluculo comparere debent, & eodem, vel ſummum ſequenti die ante meridiem examinantur: ſi autem culpâ producentis non examinati fuerint, cum acceptis groſſis domum redire poſſunt. Lands Ord: C. 50. Es ſollen aber dergleichen Zeugen ſich auff beſtimbten Tag bey dem Recht oder Ambt zu früher Tages Zeit einſtellen/ auch bald deſſelben Tags abgehört werden/ꝛc.

DIFFE-

DIFFERENTIA XXXVIII.

De Iure Communi.

FAmuli & ſubditi Domino teſtimonium dare non poſſunt. *L. 6. ff. de teſtibus. L. eos 5. Cod. eod. tit.* Abbas in cap. *in literis n. 3. vers. Et credo. de teſtibus.* Farin. *lib. 2. q. 55. n. 135. 136. 137.* item *n. 203.* ubi dicit illam Legem intelligi de iſtis teſtibus, quibus poſſumus imperare, vel ratione patriæ poteſtatis, vel ratione particularis & privatæ Iurisdictionis, ut eſt Iurisdictio Dominorum contra ſervos: non autem ratione univerſalis Iurisdictionis, quam Princeps habet in ſuos ſubditos, ſicque nempe poſt Felin. regulam hanc communiter fundare DD. ab eo ibidem citati.

De Iure Bohem.

PRo & contra Dominum validè teſtimoniũ perhibent, ſi Dominus à Iuramento ſubjectionis & fidelitatis, quo ipſi adſtricti ſunt, quoad ipſum actum teſtificandi eos liberet. Lands-Ord: C. 55. Wann Vnderthaner oder Diener zum Zeugen producirt

 vnd

vnd geführet werden. Item C. 56. So jemand citiret wird / seine Vnderthanen oder Dienstboten wider sich selbst zu Zeugen zustellen / so soll er in seiner eigenen Sach von ihnen nicht Zeugnus auffnehmen / er hätte dann zuvor vermög der Ladung dieselben dem andern zu recht fürgestellet / auch dieselben ihrer pflicht / so viel dieselbe Sach anbelangt / relaxiret vnd entlassen.

DIFFERENTIA XXXIX.

De Iure Communi.

EXceptiones dilatoriæ. Verziegliche einreden / welche die Haubtsach nicht abstellen / sondern ein Zeitlang verhindern vnd auffhalten. Regulariter opponendæ sunt ante litis contestationem, vel intra terminum tempúsque à Iudice constitutum, ne respondendo in Iudicem consentire, agentiúmve personas approbare videatur Reus. Cap. *inter monasterium* ✠ *de re judicata.* Cap. *cùm causam 62.* ✠ *de appellationibus.* Glossa & DD. in *L. Exceptionem 19. C. de probationibus.* Vallens. *De Exceptionibus.* Zoës. *ff. eod. tit. n. 13.* & his oppositis ad Iudicis officium pertinet probationes super

perijs recipere, & tum demum ad examen principalis negotij accedere, quando per sententiam interlocutoriam super dictis Exceptionibus pronunciârit. Cap. *Exhibita 19.* & ibi DD. notant de Iudicijs, quòd si de ejusmodi exceptionibus & principali negotio simul veritatem inquirere velit Iudex, rectè appellatur, & in irritũ revocatur quidquid post appellationem in causa attentatum est. *d. cap. Exhibita.* Ordo námque Iuris exigit, ut de harum Exceptionum veritate constet & pronuncietur, antequam Iudex ad ulteriora procedat. *L. Pomponius 11. ff. eod. tit. L. sed etsi susceperit 52. in prin. ff. de Iudicijs.* Quod latè explicat Fulvius Pacianus in *L. 1. de probat. Cap. 58. n. 18. & seqq.* Ioan. Zangerus in tract. *de Except. Cap. 21. n. 19.*

De Iure municipali Prag:

B. 85. §. 2. Exceptio contra testes suspendit negotium principale. Wann also ein Zeug angefochten vnd verworffen wird / soll die Haubt-Sachen verlegt / vnd solches den Zeugen kund gethan werden.

De Iure Regio verò

REus ſtatim omnes ſuas dilatorias Exceptiones, quas habet, excipiendo proponere, & ſimul in eventum ad cauſam principalem reſpondere tenetur. Lands-Ord. C. 9. Weil auch vor dieſem / ehe vnd zuvor man zur Haubt-Sach geſchritten / viel Zeit mit denen dilatoriſchen Dilationen zugebracht / ſo ſoll hinfüro da Beklagter etwan dilatoriſche Exceptiones einwenden wolte / er ſolche alle zuſammen in der Exception-Schrifft einbringen / beynebenſt aber auch eventualiter vnd auff dem fall dieſelben nicht verfangen vnd Beklagten entheben möchten / auff die Haubt-Sach antworten.

DIFFERENTIA XL.

De Iure Communi.

PEremptoriæ Exceptiones. Außleſchliche vnd zerſtörliche Anffzug / quæ in totum perimunt Ius agentis, quales ſunt exceptiones, *quòd metus causâ*; doli mali, pacti de non petendo, acceptilationis, ſolutionis, compenſationis. Exceptio S. C. Velleiani, Macedoniani, non numeratæ pecuniæ,

Ex-

Exceptio rei judicatæ, Iurisjurandi, transactionis, præscriptionis, Litis finitæ regulariter ante & post litis contestationem usque ad sententiam proponi possunt. *Cap. 1. & 2. h. tit. in 6. L. 2. C. Sententiam rescindi non posse. L. præscriptionem. C. h. tit.* quin imò certæ inter illas enumeratas sunt exceptiones, quæ post sententiam definitivam, & quidem postquam illa transivit in rem judicatam, opponi possunt, & oppositæ prolatæque executionem impediunt, quæ recensentur in Glossa in *L. 1. C. de Iuris & facti ignorantia.* Vide Canis. *L. 4. tit. 4.* Vallens in tit. *de Exception. num. 13.* Zoës. *ff. eod. num. 14. & 15.*

De Jure Bohem:

HUjus non habetur ratio; quia omnes Exceptiones, sive sint dilatoriæ, sive peremptoriæ, in Exceptione in eventum sunt opponendæ. Lands Ord: C. 10. Da auch Beklagter das factum nicht laugnete / sondern peremptorische Exceptiones zu hindertreibung deß Klägers intention hätte / es wären Verträge / Vrthel / zugeschobene oder aufferlegte Ayd / Verjahrungen / Zusagungen / vnd

vnd pacta de non petendo, oder wie sie sonsten Namen haben mögen / soll er dieselben, in seiner Schrifft neben angehengtem Beweiß einbringen / vnd sich sonst mit verfassung der Schrifft / vnd sonsten allerdings / wie oben gehört / verhalten. Item C: 11. Ob auch wol etwan peremptorische Exceptiones in vim dilatoriarum vnd den proceſs zu hindern eingewant wurden / so sollen doch dieselbe in alle wege in eventum vnd auffen fall sie den proceſs zu hindern nicht vor genugsamb gehalten wurden / auch auff die Haubt-Sach peremptoriè gerichtet / vnd der Beweiß zu dem Ende der Exception-Schrifft obbesagter massen angehengt werden.

DIFFERENTIA XLI.
De Iure Communi.

DEbitor intra biennium debet opponere Exceptionem non numeratæ pecuniæ. *L. Si intra* 8. *& L. in contractibus C. de non numer: pecun.* §. *idem juris. inst. de Except.* Zanger. *Cap.* 12. *n.* 21. Hildrop. *in proceß, jud. p.* 2. *tit.* 14. *num.* 7.

De

De Iure Bohem.

INtra annum est proponenda Lands-Ord: F. 24 vers. Jedoch soll solche Exception non numeratæ pecuniæ so viel den Debitorem oder Schuldner betrifft / långer nicht als ein Jahr nach verfertigter verschreibung statt haben / vnd nach Außgang desselben / solche Exception zu verhinderung der Execution nicht zugelassen werden.

DIFFERENTIA XLII.

De Jure Communi.

EXceptio sive beneficium ne quis conveniatur, nisi in quantum facere potest, competit parentibus contra liberos, è contra liberis contra parentes; item fratri adversus fratrem. *L. Sunt qui in id* 16. *L. patronus* 17. ibi, *liberique eorum. ff. de re judicata. argum. L. verum* 63. *ff. pro socio §. Simul.* præterea 33. vers. *Sed etsi quis ibi* Hugo Donellus, Manzius Zanger. *Cap.* 14. *num.* 3. 4. 5.

De Iure Bohem:

Hoc beneficium est ignotum.

DIF-

DIFFERENTIA XLIII.

De Iure Communi.

CEssio bonorum, de qua tot: tit: in *ff. de cessione bonorum.* & in Cod. *qui bonis cedere possunt.* est usitata, & magnum beneficium, quo se debitor liberare potest à carcere. Manzius. *inst.* §. *cum eo. final*

De Iure Bohem:

SI debita debitoris substantiam superant, tunc bona ejus post cridæ processum, de quo paulò pòst plura dicemus, in solutum creditoribus conceduntur, Novell. E c. 21.

DIFFERENTIA XLIV.

De Iure Communi.

NVllus est certus modus Exceptionum; conceduntur enim non tantùm triplicæ & quadruplicæ, sed & ulteriores etiam allegationes, quantum expedit textus in *Inst.* vers. *quarum de replicat.* & ibi glossa. *Sin 9. & 2. in fin.* deinceps multiplicantur nomina, dum actor aut reus objicit.

De Iure Bohem:

ESt certus modus Exceptionum, quia ultra duplicam non admittitur triplica & quadruplica, nisi in duobus casibus. 1. Si instrumentum noviter repertum duplicæ adjungatur. 2. Quando post publicationem testium contra testes vel eorum dicta ex nova vel etiam alia causa, de qua antea non constabat, parti emergit, Iure Regio Lands-Ord: C. 19. vnd zwar soll er nach der Duplica keine Schrifften ausser der zweyen nachfolgenden fälle / zugelassen werden / als erstlich / wann etwan ein Instrument, so von newem gefunden worden / bey der Duplica eingebracht / alßdann soll vber demselben Instrument einem jedertheil ein Schrifft von 4. Wochen einzubringen vergunt seyn / ꝛc. Item C. 20. der ander fall ist / wann Zeugen geführt / vnd die Partheyen sich nach publicirten Zeugnussen angeben / daß sie wider der Zeugen Außsage / oder auch derselben Personen / wann sich etwann ein kundbahrer fall zutrüge / daß wegen gedachter Zeugen-Personen bey denen vorgehenden Schrifften die Notturfft nicht befordert werden kan.

DE PRÆSCRIPTIONIBVS ET ALIARUM MATERIARUM DIFFERENTIIS.

DIFFERENTIA XLV.

De Iure Communi.

IN rebus mobilibus eſt præſcriptio triennalis Inſt. de uſucapion. & quædam decem annorum videlicet in rebus immobilibus inter præſentes, quædam viginti inter abſentes tot. tit. *C. de Long. temp. præſcript.* § 1. *Inſtit. hic.*

De Jure Bohem:

BOnum allodiale non Regium, non Eccleſiaſticum quiete & bonâ fide poſſeſſum præſcribitur triennio & 18. Septimanis, Königl: Lands-Ord: P. 21. Wann einer ein Gutt / ſo nicht Vns oder der Geiſtlichkeit gehörig / oder aber ein Lehn iſt in dieſem Vnſern Erb-Königreich Böheimb geruhiglich / vnd ohne allen Anſpruch drey Jahr vnd 18. Wochen / in meinung / daß ihm ſolches Gutt von rechtswegen zuſtehe / beſeſſen / der bleibt billich darbey / vnd mag daſſelbe als ſein eigen Gutt

Gutt genissen. Idem statuunt die Königl: Declaratorien & Novell. L l. 1. §. 2. & 5. & quamvis ibi exposita requisita cum Iure Communi conveniant, in hoc tamen differt, quòd bonorum immobilium de Iure Bohem. non transferatur Dominium, nisi per Regni Tabulas, sicque nulli currat præscriptio, nisi bona habeat incorporata tabulis, d. Königl: Novell. L l. 1. vers. Vnd dann Publica, daß nemblichen der possessor selbiges Gutt in der Landtaffel erblich gehabt/ vnd darumb besessen / idem habet Königl: Declarat. Böhm. Novell. L l. 9. §. 7. Land-Gütter/ die dem jenigen/ so præscribiren wil/ in die Landtaffel nicht eingelegt.

De Iure Municipal. Prag. Statt-Recht F. 21. 33. Si quis fundi possessionem justè & legitimè nactus. eam pacificè per annum & diem, hoc est annum & sex septimanas tenuerit, illi competet præscriptio. So jemand in der ordentlichen possession eines Grundes vnd Bodens eingieng/vnd hielt denselben geruhiglich ohne einigen Anspruch Jahr vnd Tag / soll er darbey verbleiben vnd erhalten werden.

)(**)(

DIFFERENTIA XLVI.

De Iure Communi.

INterruptio vel eſt naturalis vel Civilis, naturalis, quia naturali aliquo facto, puta vi fluminis, vel maris, vel hominis iſtius, hoc eſt cui res mobilis aufertur, vel immobilis occupatur. *L. 5. ff. de uſucap.* ubi Barth. vel res ab eo, qui eam nomine noſtro poſſidet, alienatur. *L. 33.* §. 4. *eod.* Civilis eſt, quæ de Iure novo fit per Iudicialem vel etiam extra Iudicialem denuntiationem teſtato factam. *L. 2. C. de annal. Except.* magis quidem per litis conteſtationem. *L. 10. de acquir. poſſeſ.* Perez. *C. de præſcript. long. temp n.* 13. Hen. Zoës. *eod. tit. num.* 68.

De Jure Bohem.

QUantum ad bona immobilia nulla uſurpatio vel interruptio contra Regni tabulas locum habet, niſi fiat per Iudicialem contradictionem, ſive Odpor/ aut expreſſam proteſtationem apud tabulas, vel alium ibidem ratione iſtius boni actum, Königl: Declarat. vnd Novell. L l. 2. Es

kan

kan vnd soll auch so viel die Land-Gütter betrifft / kein Usurpation oder Interruptio gegen der Landtaffel / oder sonsten durch einen bey der Landtaffel desselben Gutts halber fürgangenen Actum darinnen des prætendirten Iura realia an solchem Gutt gerügelt worden.

DIFFERENTIA XLVII.

De Iure Civili.

ACtionibus personalibus 30. realibus 10. annis præscribitur. *L* 3. C. *de præscrip. 30. & 40. annorum.* Zoës. *eod. tit. n.* 48.

De Jure Bohem:

TRibus annis & 18. septimanis præscribitur, Königi: Declarat: vnd Novell. L l. 10. Im vbrigen soll allen anderen Actionen, sie seyn real oder Personal inner drey Jahr vnd 18. Wochen præscribirt seyn.

De Jure verò municip: Prag:

SI quis actionem intentatam indistinctè Anno & die elapso non prosecutus fuerit, præscribitur Iuri & actioni Königl:

Statt-Recht F. 22. So einer jemanden vmb etwas anfinge zubeschuldigen / vnd liesse von Acto solcher Beschuldigung Jahr vnd Tag vorüber kommen / soll seines Rechtens vnd Gerechtigkeit verlustigt seyn. Item A. 52. So der Kläger nach gethaner Klage Jahr vnd Tag schweigen wurde / verliert er die sach vnd richt der Gegenpart die Schäden.

DIFFERENTIA XLVIII.
De Iure Communi.

SUfficit ad præſcribendum ut bona fides adſit in principio, nec mala fides ſuperveniens curſum uſucapionis turbat, ex ratione, quòd per poſſeſſionis apprehenſionem conſtituatur Ius ad Dominij adeptionem, cui ſuperveniens mala fides, quæ facti eſt, non debet poſſe prævalere. *L. bonâ fide 48. §. in contrarium ff. de acquirendo rerum Dominio.* Cæterùm jure Canonico, quòd hac in re ſequendum ſpretâ hac ſubtilitate Iuris Civilis, quia agitur de peccato, nulla longiſſima aut immemorialis temporis præſcriptio juvare poteſt malæ fidei poſſeſſorem. *Cap.* 5. & fin. ꝟ *de præſcript.* neque enim tam purgat malam fidem

dem quòd non tollat peccatum, quod non dimittitur nisi restitutione ejus, quod alienum esse dignoscitur. *Cap.* 4. *de R. l. in* 6. quam potiùs aggravat infelicem animam. *Cap. cum tanto* ✕ *de consvetud.* Hen. Zoës. in Comment. ad *ff. de præscript.* 30. *&* 40. *annorum. n.* 54. Perez. in suo Cod. *n.* 15. *&* 16. Diodorus Tuld. in suo Cod. *num.* 3. Myns. *Cent.* 4. *Obs.* 6. Gail. *lib.* 1. *Obs.* 18. *num*, 7. & seqq. Fach. *lib.* 8. *Cent. cap.* 33. Cum quo concordat Ius Provinciale in Declarat. & Novell. L l. 1. §. 5. in formalibus. Bona fides, daß einer in seinem reinen Gewissen anderst nicht gewust/ vnd vermeint gehabt/ als daß solches Gutt ihme von rechts wegen zugehören thut/ vnd zwar mit diesem fernern Zusatz/ daß ob schon solcher Traw vnd Glaub alßbald im anfang der Handlung an seiten des possessoris præscribentis warhafftig da gewesen/ hernacher aber in Zeit wehrender possession mala fides dem possessori bekant worden/ so soll doch die præscription ihren Lauff vnd Krafft verlieren.

De Iure Bohem:

SI debitor est in vivis, & bene scit se debere, certúmque tempus in obligatione

literarum sit expressum, tunc nulla præscriptio contra creditorem ei competit, quam si anni decem à termino præfixæ solutionis sint elapsi, & quòd creditor probare non possit debitorem intra illud tempus à se judicialiter vel extra-judicialiter fuisse monitum, aut aliàs ratione capitalis aut interesse tractationem intercessisse. Königl: Declarat: vnd Novell. L l. 4. Was aber die anderen Schuldbriff anlangt/ in welchen keine Auffkündigung pactirt/ sondern eine gewisse Zeit der Bezahlung bestimmet worden. In derselben soll dieser Vnterscheid gehalten werden/ daß/ wann ein Debitor im leben/ so soll ihme keine præscription eher nicht zu statten kommen/ es seye dann von Zeit des bestimbten Zahlungs Termin zehen Jahr verflossen/ vnd daß der Creditor nicht erweisen könne/ daß er ihm inner solchen Zeit in oder ausser Gerichts gemahnet/ oder sonsten solcher Schuld halben am Capital vnd Interesse, oder im andern weg mit ihm tractiret hätte.

Si autem Debitor mortuus sit, tunc talia debita, si post decem annorum lapsum non citiùs præscripta fuerint, intra tres annos & 18. septimanas ab hæredibus judicialiter vel extrajudicialiter exigi debent, aliàs intra hos tres annos & 18. septimanas à

morte

morte Debitoris dinumeranda præscriptæ erunt. Königl Declarat. vnd Novell. L l. 5. Wäre aber der Debitor todes verschieden / so sollen dergleichen Schulden / da sie nicht nach der Zehen-Jährigen Zeit sich eher verjährten / gegen dessen Erben inner 3. Jahr vnd 18. Wochen / es sey Gerichtlich oder gütlich gemahnet worden / im widrigen der Lands-Ord: ob angezogenem Außsatz nach inner drey Jahren vnd 18. Wochen von dem Tag des Schuldners absterben anzuraiten verschwigen seyn.

DIFFERENTIA XLIX.

De Iure Communi.

QUæ antea non motæ sunt actiones 30. annorum jugi silentio, ex quo jure competere cœperunt, vivendi ulterius non amplius habent facultatem, pupillari duntaxat ætate (quamvis sub tutoris defensione consistat) huic eximenda Sanctioni. *L. 3. C. de præscript. 30. vel 40. annor.* ut proinde de Iure Communi res pupillares ne quidem longissimo tempore præscribi possint.

De Jure Provinciali.

SI quis pupillare bonum, ad quod nullum jus habet, tabulis Regni inſcribere curaret, vel aliàs alienaret, & pupillus adeptâ majorennitate, contra factam ejusmodi intabulationem intra 3. annos & 18. ſeptimanas computando à tempore majorennitatis non opponeret ſuam proteſtationem, vel jure non ageret, tum talis pupillus jus ſuum ſilentio amiſiſſet. Königl: Land-Ord: P. 24. Wann einer eines Waiſen Gutte zu welchem er kein recht hat / in die Land-Taffel einſchreiben lieſſe / oder ſonſt alienirte / vnd derſelbe Waiſe / wann er ſeine Jahr erreicht / nicht einen Widerſpruch bey der Landtaffel wider ſolche Verſchreibung einlegte / oder wann es ein Gutt betreffe / daſſelbe mit recht anſpreche ehe vnd zuvor die 3. Jahr vnd 18. Wochen von der Zeit anzuraitten als er mündig worden, fürüber / ſo hätte derſelbe Waiſe ſein Recht daran verſchwiegen.

DIFFERENTIA L.

De Jure Communi.

RES à Fiſco necdum occupatæ ſeu bona vacantia, quibus poſt mortem nullus ſuc-

successor exstitit, intra quadriennium usucapiuntur. *L. 1. C. de quadriennal. præscription. L. quamvis 18. ff. de Usucap.* Item licet res Fisci etiam de Iure Communi aliàs usucapi non possint. §. *res Fisci Inst. h. tit.* omnes tamen docent id tantùm accipiendum de ordinario & longo tempore, secùs longissimo, per *L. omnes 4. C. de præscript. 30. vel 40 annor.* quæ generaliter nullum Ius, privatum aut publicum, extinctum quadraginta annorum spatio quacunque in causa vel persona vult moveri. Zoësius *ff. ad tit. de usurpat. & usucap. n. 20.* Schneidevin. *n. 61. Inst. eod.*

De Iure Bohemico

Autem contra Fiscum indistinctè nulla unquam currit præscriptio ne quidem longissimi temporis, vernew. Königl: Lands Ord: P. 25. Wann die Geistligkeit Gülten oder Cammer-Zins/ etc. erlangte / vnd in demselben Kauff / oder anderen Contract gewisse Straff oder andere Executionis Mittel gesetzt / vnd sich die Geistligkeit derselben in der zu recht außgesetzten Zeit der 3. Jahr vnd 18. Wochen nicht gebrauchte / so sollen sie dardurch ihr Recht (ob sie gleich noch nicht im würck-

würcklichen Besitz oder possess währen) nicht verschwiegen haben/ sondern soll wider sie keine andere als die 40. Jährige præscription wie dieselbe in denen Canonischen Rechten außgesetzt / zugelassen / mit der præscription aber wieder Uns vnd Unseren Fiscum, wie es vor diesem in Unserem Erb-Königreich Böheimb gehalten worden. Ex quo clarè apparet, quòd præscriptio longissimi temporis quidem in rebus Ecclesiæ, secùs Fisci locum habeat. Idem habet Königl: Lands-Ord: P. 21. Idem Declarat. & Novell, Ll. 10.

DIFFERENTIA LI.

De Iure Communi.

JUri Retrahendi præscribitur 30. annis, cùm enim ratione pacti & obligationis personalis de retrahendo appositæ tempore venditionis nascatur actio personalis, illa autem finiatur annis 30. per *L. 3. C. de præscript. 30. vel 40. annor.* haud dubiè & hanc negligens eam tãto tempore amittet. Zoës. *ff. ad h. tit. n.* 41. ubi hanc rem nullam dicit habere difficultatem ex Covar. 1. *variar. resol. cap. 9.*

De Iure Bohem:

IUri Retrahendi non præſcribitur Declarat. & Novell. L l. 9. §. 5. das Ius Retractûs oder Einſtand-Recht / da es in einem Contract vorbehalten.

DIFFERENTIA LII.

De Iure Communi.

VItium rei furtivæ vel vi poſſeſſæ purgatur ſpatio longiſſimi temporis, id eſt 30. vel 40. annorum per *d. L. omnes. C. de præſcript. 30. vel 40. annor. L. 1. C. de annal. except.* Zoës. *hîc*, & Schneid. *loco citato.*

De Iure Bohem.

QUod ſe conformat Iuri Canonico, nunquam res furtiva præſcribi poteſt indiſtinctè, Declar. & Novell. L l. 9. §. 9. geſtohlene vnd geraubte Sachen.

DIFFERENTIA LIII.

De Iure Communi.

DIutina poſſeſſio, quæ prodeſſe cœperat, defuncto, & hæredi, & bonorum poſſeſ-

poſſeſſori continuatur. §. *diutina poſſeſſio* 7. *Inſt. h. t.* & quidem vacuum tempus, quod ante aditam hæreditatem, vel poſt aditam interceſſit hæredi ad uſucapionem procedit. *L* 31. §. *vacuum tempus* 5. *ff. eod.*

De Iure Provinciali.

NUllum tempus ante aditam hæreditatem prodeſt hæredi, neque hæreditas ante aditionem uſucapi poteſt. Königl: Declar. vnd Novell. L 1. 9. §. 6. Wider eine Erbſchafft / die nicht adiret vnd angetretten / kan die præſcription ſo lang nicht lauffen / als ſie nicht adiret.

DIFFERENTIA LIV.

De Iure Communi.

VSucapio incipit currere cæteris requiſitis præſentibus à tempore poſſeſſionis, ſeu ut loquitur Schneid. à tempore traditionis. Sic enim à Iuris-Conſulto in *L.* 3. *h. t.* definitur. Uſucapio eſt adjectio dominij per continuationem poſſeſſionis temporis à Lege definiti.

De Iure Bohem: municip.

NOn currit citiùs tempus præſcriptionis, quàm ab acto ſeu die immatriculationis, Königl: Stat-Recht F. 24. §. 2. Præſcriptio temporis, die verſchweigung oder verjährung fähet ſich an von acto der verſchreibung.

DIFFERENTIA LV.

De Jure Communi.

IUdex profert & ipſe recitat ſententiam. *L. 1. C. de ſententiis.* ex breviculo recitandis.

De Conſuetudine Regni Boh.

IN Iudicio majori Provinciali Vice-Scriba in Regno Bohem. in Iudicio minori, vel Iudicio expenſarum adjudicatarum, ſive Schaden-Recht minor Scriba. Declamatores ſententias interlocutorias idiomate patrio Wyměřenj / ſeu Außmeſſung dictas in Cameratico & Burggraviatûs Iudicio, Supremi Scribæ in Appell: Secret: in minorib. Tribun. Syndici ſententias latas recitant.

DIFFERENTIA LVI.

De Iure Communi uti & Regio Municipali.

TAm in causis Civilibus quàm criminalibus lata à Iudice sententia publicatur.

De Iure Provinciali Boh.

ASsessores Iudicij provincialis majoris quidem possunt etiam in causa criminali ferre & ferunt sententiam, publicare tamen non possunt, nisi priùs Suæ Majestati pro clementissima resolutione transmittant. Lands-Ord: A. 10. Wann einer in malesicij oder Trew vnd Ehr antreffenden Sachen stracks anfänglich seine Klag bey Vnserem Königl. Land-Recht angebracht hätte / vnd es an dem wäre / daß dem Beklägten sein Leib vnd Leben / oder auch Trew vnd Ehr mit Vrthel vnd Recht abzusprechen / so soll Vnser Königl. Land-Recht die verfaste Vrtheil vor der publication Vns / oder dem jedesmals regirenden König zu Vnser Resolution vnderthänigst vberschicken / vnd zuvor vnd ehe Wir Vns darüber gnädigist entschliessen / dieselbe nicht eröffnen / weniger mit der Execution vollstrecken.

DIFFERENTIA LVII.

De Jure Communi.

CAusa condemnationis & absolutionis regulariter exprimi non debet in sententia. *L. in sententijs 59. ff. de re judicata.* Cap. *Sicut nobis 16.* & de hoc Panormitanus ※ *de sententijs & re judicat.* Damhaud. in sua practica civili cap. 221. Hildr. Quia non est sinè periculo, id quod Iudicem ad pronuntiandum movit, hoc est causam justificatoriam sententiæ passim inserere, posset enim fieri, ut rationem ex actis concipiat, quæ non sit justa, quo casu sententia est ipso jure nulla. Gabriel *in Com. conclus.* tit. *de sententijs conclu. 7. per totum.* Gail. *lib. 2. de pace publica cap. 6. n. 12.* Marant. *p. 3. n. 118.* Frid. Hildrop. ff.

De Jure Bohem:

OMnia tribunalia superiora & inferiora tenentur rationes decidendi sententijs suis inserere, Iure Regio Lands Ord: F. 78. damit aber erstgedachte Deliberation, ob nemblich der Revision zu deferiren / sey oder nicht / vmb so viel desto besser angestelt wer-

den könne / so soll Unser Land-Recht sich so viel möglich befleissen/ daß wie vor diesem also viel mehr anjetzo die rationes decidendi darauff sie im versprechen gegangen/ dem Urtheil einverleibt werden. Appellationum autem Iudicium suis sententijs non tenetur inserere rationes decidendi. Legi tamen debent in consilio à referente, & asservari, ut si in Iudicio Revisorio particulariter ab Imperatore petantur, præ manibus sint vigore suæ appellationis, instructionis, artic. 20. vers. und wie wol Unsere Appellation Kammer nicht schuldig seyn soll ihrer Sentenz die rationes decidendi absonderlich zuverfassen.

DIFFERENTIA LVIII.

De Iure Communi.

SEntentia ferenda est partibus ad eam audiendam citatis, citantur autem trinâ citatione, vel unâ peremptoriâ. *L. Contumacia 53. §. 1. ff. de re judicata. L. ea quæ 7. L. Consentaneum 8. L. tres denuntiationes 9. C. quomodo & quando Iudex &c.* Sententia enim sinè peremptorio edicto non valet, sed est ipso Iure nulla. *L. 68.* cum *L. seq. ff. de Iudicijs.* De

De Consvetud: Bohem:

APud majora & ſuperiora judicia, als nemlichen dem Land Recht/Camer Recht/Lehn Recht/Burggraffen Ambt/à quibus tantùm datur Reviſio ſive Supplicatio, nulla appellatio propriè ſumpta non citatis partibus ad audiendã ſententiam, imò & ipſis eorúmque Procuratoribus abſentibus fertur ſententia, plerumque enim quando Procuratores timent ſuccumbere tum non comparent, pars autem ſperans victoriam, libenter per ſuum Procuratorem comparet, ut poſſit Iudicio debitas agere gratias. Sed apud tribunalia inferiora als nemblich bey den Statt-Gerichten uſitata eſt etiam quædam citatio.

DIFFERENTIA LIX.

De Iure Communi.

COnſtitutum eſt, ut ſententia in ejus perſonam concipiatur, qui negotium ab initio diſceptavit, unde ſi Procurator litem ſit conteſtatus, eámque ad ultimum produxerit, ipſe in ſententia comprehendi debet, non cliens principalis, niſi vel per

litis contestationem Dominus sit factus, vel mandato Procuratoris revocato, judicio pòst interfuerit per *L. 1. C.* omnium Iudicum. Ratio hujus decisionis ea videtur, quòd Procurator per litis contestationem litis fiat Dominus, eò quòd censeatur litem contestando quasi contrahere, & obligationem adversarij in se transferre. *L. 3. §. idem scribit ff. de peculio.* Si igitur est litis Dominus, meritò verba sententiæ in personam ejus concipi debent, textus in *L. si Procurator 9. ff. de doli mali except. L. nulla dubitatio 23. C. de Procurat. L. Si quis cum procuratorio 31. L. licet 42. §. sed si plures 6. ff. de procurat.*

De Consvetudine & moribus hujus Regni.

SEmper in clientem principaliter fertur sententia.

DIFFERENTIA LX.

De Iure Communi.

TEmpus interponendæ appellationis à definitiva sententia erat olim biduum in causa propria, aut triduum in causa aliena

na. *L.* 1. §. *biduum juncta.* Glossa *ff. quando appellandum sit. L. eos qui.* §. *fin. de C. de appellat.* quod hodie Iure novissimo limitatum est, ita ut volenti appellare semper & indistinctè 10. concedantur dies, computandi à tempore sententiæ & scientiæ. *Auth. hodie C. de appellat. jud.* Barth. *in L. fin. ff. si quis testam. liber esse jussus fuerit.* Cap. *ad consultationem* 15. *x de sentent. & re judic.*

De Iure Boh. municip. Prag. Statt-Recht C. 6.

APpellare oportet à sententia intra 14. dies, der Appellant soll sich in 14. Tagen nach ergangenem Vrthel Spruch daß er appelliren wolle angeben vnd erklären / vnd die Appellier-Gelder bey der Angebung erlegen. Idem habet Articul. 9. der Appellation-Instruction.

DIFFERENTIA LXI.

De Iure Communi.

POst interpositam provocationem olim petendis & recipiendis Apostolis, ac

Iudici ad quem porrigendis, præſcripti erant 5. dies, poſtea præſcripti ſunt triginta, intra quos inſtanter & ſæpiùs eos petere debet,, alioquin ſi appellans Apoſtolos intra prædictum tempus non petat, cenſetur appellationi renunciâſſe, eáque proinde efficitur deſerta, Cap. *ab eo 6. de appellat. in 6.* Clem. *quamvis de appellat. L. Iudicibus 24. eod. de appellat. L. unica. ff. de libellis dimiſſoriјs.* Vallens. *§. 10. n. 4.* Zoëz. in tit. *de libellis dimiſſorijs.*

De Jure Bohem.

EO die, quo quis appellat, etiam petere debet Apoſtolos. Artic. 19. appellat. inſtruct. vers. Jedoch der Appellant hinfüro ſchuldig ſeyn ſoll / mit vnd neben ſolcher geſuchter Appellation zu gleich von dem Rath die Apoſtolos reverentiales zu erbitten / welche dann auch der Rath keines wegs waigern / ſondern dieſelben inner 8. Tagen à die interpoſitæ appellationis auzuraiten verſigelter gewiß erfolgen / ꝛc.

DIFFE-

DIFFERENTIA LXII.

De Iure Communi.

APostoli sive literæ testimoniales à Iudice à quo, dandæ sunt, etiamsi ab appellante petitæ non sint, *L. eos 6. §. fin. Cod. de appell.* Hildropff. *part. 4. tit. 2.*

De Iure Bohem:

APostoli testimoniales omnino non sunt in usu, Königl: Appell. Instruct. art. 19. in verb: In widrigen mag der Appellant an statt der Testimonialien, so sonsten auff solchen fall bey Recht hergebracht / Wir aber in Unserm Erb-Königreich Böhaimb einzuführen bedencken tragen / sich immediatè bey Unserm Königl: Appellation-Gericht angeben / ꝛc.

DIFFERENTIA LXIII.

De Iure Communi.

SI Iudex à quo, Apostolos non tradiderit cum sua subscriptione, mulctatur arbitrariè, *L. 24. Cod. de appellat.* in verb. *multæ subjacentibus.* Zoëz. *d. tit.* vel etiam si appellationi à definitiva non detulerit, pu-

nitur in 30. libras auri, secundùm L. 21. Cod. *eod. tit.* Hildrop. *d. L. num.* 72.

De Iure Bohem.

D. Artic. mulctatur 50. sexagenis. Vers. Alles bey Straff 50. ßß.

DIFFERENTIA LXIV.

De Iure Communi.

TEmpus introducendæ ac prosequendæ appellationis tam de Iure Civili quàm Canonico hodie est annus, vel ex causa biennium à die interpositæ appellationis, quando in Iudicio appellatur; Cap. *cùm sit Romana.* 5. Cap. *Ex ratione* 8. ✠ *de appellat.* Authent. *Ei qui appellat.* Cod. *de temp. appell.* Vallens. *§. 12. & 13.*

De Iure Bohem.

SUnt 30. dies art. 20. d. instruct. Wann nun also der Appellant die Apostolos reverentiales sive refutatorios oder derer gar kein in denen bestimbten 8. Tagen erhalten/ so soll er schuldig seyn diese seine eingewante Appellation inner der nechsten 30. Tagen von außgang solcher 8. Tagen anzureiten bey Unsern

fern Königl: Appellation Gericht/ nicht allein vnfälbar zu introduciren vnd einzubringen/ sondern auch vnter einesten vnd zu gleich seine Appellation-Schrifft vnd gravamina, warinnen er sich nemblich durch das Vrthel beschwäret vermeint/ in specie anführen. Et sic videtur Ius municipal. C. 6. & 7, quod requirit 6. septimanas, aliquomodo immutatum.

DIFFERENTIA LXV.

De Iure Communi.

TEmpus introducendæ ac prosequendæ, finiendæque tam de Iure Civili quàm Canonico, ut dixi, est annus vel ex causa biennium.

De Iure Bohem:

SAluberrime constitutum est, ut talis appellationis processus deinde intra duos proximos menses finiatur, & per sententiam evacuetur. d. art. 20. vers. Welche alsdann solchen Appellations procesś inner denen nechsten zweyen Monathen gewiß erledigen/ vnd das Appellations Vrthel darüber ergehen lassen/ vnd folgends dasselbe gegen erlegung

legung der von Uns hiernächst außgesetzten Sportel-Gelder / dem Undergericht ad publicandum versigelter vberschicken.

DIFFERENTIA LXVI.

De Iure Communi.

SUpplicatio pro Revisione Actorum intra biennium Principi offerenda est. Authent. quæ supplicatio. Cod. de prec. Imper. offer. Secundùm constitutionem cameralem & visitationis Abschied de an. 1557. §. 25. wie wol fernere pars victa tribus mensibus ante Calendas Majas supplicat Electori Moguntino tanquam Cancellario Germaniæ pro revisione, is eam Cæsari, & ejus anni visitatoribus significat, revisionem in tali causa à tali petitam, & Consiliarios revidendi artis peritos postulat. Vid. Gail. *lib. 1. Obs. ult. num. 1. & 2.* Hildrop. *lib. 16. p. 4. n. 3.* Gilhausen. *de revision.*

De Jure Bohem:

LAnds-Ordn: F. 77. intra duos menses à die latæ sententiæ revisio petenda est. Es soll aber der / so die revision ein-

einwendet/innerhalb zweyer Monats frist nach gesprochenen Vrthel sich bey der Königlichen Böhmischen Hoff-Cantzley angeben / alda die Vrsachen / warumb er die revision begehre / schrifftlich einantworten.

Secundùm eandem constitutionem Cameralem, pars victa petens revisionem certam pecuniæ summam pro gravitate causæ, actorum magnitudine & personarum qualitate, judicio Dominorum revisorum æstimandam deponit, aut eo nomine sufficienter cavet, in usum expensarum & in pœnam succumbentiæ fisco applicandam. Gail. *Obs. 154. lib. 1.* Hildrop. *d. tit. num. 4.* Berlich. *num. 22. p. 1.* Gilhausen. *p. 4. n. 11.*

De Iure Bohemico, septimam partem æstimationis litis deponit, aut eo nomine sufficienter cavet. Lands-Ord: F. 79. vers. Jedoch daß obberürte Summa/ jederzeit nicht weniger als das siebende Theil des Werths oder æstimationis litis oder der action derentwegen es zu thun ist / außtragen. In deputatione Spirensi de An. 1600. §. 18. es soll aber introductum est, quòd scilicet in causis trecentis florenis minoribus non detur revisio ad Cameram. Hildrop. in suo processu juris. *d. tit. num. 24.*

De Iure Bohemico, quando summa est infra trecentas sexagenas bohemicas, quæ faciunt sexcentas mysnicas, & florenos Renenses septingentos, revisio non permittitur. Lands-Ord: F. 76. §. 8. im gleichen vnd für das achte soll auch die revision vnzulässig seyn in Sachen welche nicht 300. Schock Böhmische Groschen außtragen. Confirmatur per Novell. Dd. 2. Im vbrigen aber soll von denen Sententzen vnd Vrthel / so von Vnsern Vnderambtleuthen bey der Landtaffel ergehen / vnd die benante revision summa der 300. ßß. Groschen antreffen / die revision statt haben.

Communis etiam conclusio habet, quòd contra tres conformes sententias supplicatio & revisio actorum non permittatur. *L. unica. Cod.* ne liceat in una eadémq; causa provocare, &c. Berlich. *concl. 1. num. 28.* & ibi ab eod. citati authores.

Dictâ appellationis instructione actori non est permissũ à duabus cõformibus sententijs appellare. Idem observatur in revisione. Secundùm constitutionẽ Cameralẽ, ijdẽ Iudices, qui sententiã tulerunt, revisioni interesse debent, & causas sententiæ assignare

gnare tenentur, ut ex ijsdem appareat sententia justéne lata an injustè, & an retractanda sit. Gilhaus. *d. tit. num.* 22. Hildr. *d. loc. n.* 4.

De Iure Boh. secus est, ibi enim à Regia Majestate novem personæ ex præcipuis Consiliarijs constituuntur ad revisionem actorum, Lands-Ord: F. 82. Wann aber die revision von Uns zugelassen / so sollen von Uns / Unsern Erben / und nachkommenden Königen in Böheimb zum wenigsten 9. Personen auß Unsern fürnembsten Geschwornen Justitz und andern Räthen / benennet und ihnen committiret werden / innerhalb 6. Wochen von Zeit der ihnen auffgetragenen commission in Unserer Königl: Böhm: Hoff-Cantzley zusammen zu kommen / &c. In dicta deputatione Spirensi de Anno 1600. §. Als auß Streit &c. expresse statutū est, per revisionem suspendi executionem. Gail. *Obs.* 145. *num.* 3. Berlich. *d concl. num.* 16. Hildrop. *d. loc. n. o.*

De Iure Bohemico, Executio pendente revisione permissa est, dummodo pars actrix sufficientem cautionem præstet de refundendo omni eo, quod occasione judiciali apud eum est. Lands-Ordnung F. 78. vers. Da nun die revision von Uns ange-

nom-

nommen wurde / so soll die Execution des Urthels anders nicht zugelassen werden / es wåre dann von dem klagenden Theil gnugsambe caution geleistet / daß / im fall dasselbe durch die revision der sach verlustigt wurde/es alles das jenige/ was ihm zu erkant leisten vnd præstiren wolle. Quomodo autem actor vel reus hanc cautionem præstet declaravit per rescriptum Ferdinandus III. gloriosissimæ memoriæ An. 1647. 17. Sept.

DIFFERENTIA LXVII.

De Iure Communi.

NUllitas sententiæ usque ad triginta annos proponi potest, neque ante censetur ei præscriptũ. arg. *L. Si expressim ff. de appellat.* & ibi Barth. Marant. *part. 6. actu 1. n. 154.* Gail. *lib. 1. Obs. 127. n. 8.*

De Iure Bohem:

DEbet querela nullitatis sicut revisio intra duos menses à die sententiæ latæ computandos proponi, Novel. Reg. Dd. 12. vers. Jedoch solle auch diese querela ebenfals långer nicht statt haben/ als inner dem fatal der zwey Monatlichen frist / so wegen der revision angesezet.

DIFFERENTIA LXVIII.

De Jure Communi.

ILlud judicium nullitatis poteſt agitari vel coram eodem Iudice qui nulliter proceſſit, dummodo ſit ad manus. *L. Si Præſes. 6. Cod. quomodo & quando Iudex. L. Si accuſatoribus. Cod. 4. de accuſat.* aut coram Iudice appellationis. *L. abſentem 6. Cod. de accuſat.* Vid. Sich. in *L. Si ut proponis. 4. num. 14. Cod. quomodo & quando Iudex, &c.* ita quòd in electione partis ſit coram eodem Iudice qui pronunciavit agere, vel coram ejus ſuperiore. Sic Barth. in *d. L. expreſſim. 14.* Ferrarienſis in forma appell. à definitiva in verbis *fuiſſe nullam. n. 7.*

De Iure Bohem.

APud Imperatorem proponenda eſt querela nullitatis. d. Novell. Reg. D d. 12.

In Camera Spirenſi.

REſtitutio contra lapſum fatalium petenda eſt intra terminum qui impedito elapſus eſt, puta ſi adverſus lapſum fatalium introducendæ appellationis reſtitui

quis

quis cupit, id intra 6. menses, qui ad introductionem praestituti sunt, facere debet. Qui adversus lapsum termini praefixi, puta duorum mensium restitui cupit, id intra duos menses, ex quo terminus fuit purificatus, petet. Schwannman in tract. processus cam. *lib. 1. cap. 47. n. 5. 6. 7. & 8.*

De Iure Bohem.

INtra tres menses à lapsis duobus mensibus fatali revisionis praescriptis restitutio contra lapsum fatalium petenda. Novell. Reg. D d. 11. vers. So wollen Wir hiemit zu gleich geordnet haben / daß / wann einer dergleichen restitution contra lapsum hujus fatalis suchen wolte / er schuldig seyn solle innerhalb drey Monathen von außgang obbesagten zwey Monatlichen revisions fatal, sich dieses beneficij zugebrauchen / und seine Ursachen fürzubringen.

DIFFERENTIA LXIX.

De Iure Communi.

PEtenda est restitutio in integrum, & finienda intra quadriennium, quod ignoranti non currit, sed ab initio utile est,

in progreſſu continuum. *L. fin. Cod. de tempore in integ. reſtit.* Clement. *unica de reſtit. in integrum.* Frider. Hildrop. *tit. 10. à 10.*

De moribus hujus Regni.

PEtenda eſt etiam intra prædictum tempus, quod eſt continuum.

DIFFERENTIA LXX.

De Jure Communi.

SI ob cauſam judicati immiſſus ſit poſſeſſor, is lucratur fructus, & uſucapiendi conditionem acquirit non ſecus, ac creditor conventionalis. *L. à Divo Pio. §. Si rerum.* quæ pignoris jure vers. ſic evenit, & ibi Paulus de caſtro *in fin.* & Franc. Aretinus, item Barth. *num. 1.* ibidémque Ang. de Perus. de re judic. ubi addit immiſſum ex cauſa judicati adipiſci & naturalem & Civilem poſſeſſionem, ita ut neque primo, neque ſecundo decreto opus ſit. & idem Ang. *in L. cùm notiſſimum. n. 10. cod. de præſcript. 30. annor.* Franc. Aret. *in L. 3. §. 1. n. 6. ff. de acquir. poſſeſ.* Licet autem Baldus aſſeveret, Bartholi opinionem eſſe ſingularem,

rem, & non approbari à practicis advocatis. Bald. *in L. etiam in princ. Cod. de execut. rei judicat.* quem refert Iaſ. *in d. L. à Divo Pio §. Si ſuper rebus. num. 15.* Sicut & Anton. de Neguz exiſtimat hanc opinionem, quòd miſſus ex cauſa judicati non fiat poſſeſſor, eſſe communiorem *de pig. 2. memb. 3. part. num. 6.* tamen textus *in d. §. Si rerum.* quæ pignoris &c. totũ contrariũ probat. Si enim miſſus ex cauſa judicati uſucapit, præſupponendum eſt neceſſariò ipſum poſſediſſe, cùm præſcriptio ſinè poſſeſſione non procedat, cap. *ſinè præſcriptione.* ※ *de Reg. juris in 6.* L. *ſinè poſſeſſ. ff. de uſucap:* Matthias Collerus in trac. ſuo de proceſs. execut. *part. 1. cap. 2. n. 43.*

De Iure Bohem:

PRoceſſus executivus in pluribus differt à Iuris communis proceſſu; primò enim ſi quis obtinuerit ſententiam in cauſa concernente proprium & hæreditarium fundum & bonum immobile, illúdque ipſi intra 14. dies poſt obtentam ſententiam non fuerit ceſſum, tunc apud tabulas Regni petit à Staroſta Camerlingum ad facien-

ciendam dictæ parti denunciationem. Königl: Lands-Ord: G. 11. Wann einer ein Vrthel oder erstandenes Recht erhaltet / in Sachen ein Erb- vnd aigen Land Gutt betreffend / vnd es ihm laut der im Vrthel außgesetzten Zeit / oder 14 Tag nach dem das erstandene Recht erhalten / nicht abgetretten vnd eingeantwortet wird / so mag derselbe sich in Person zu der Landtaffel verfügen / oder einen andern schicken / vnd von dem Starosta ein Cammerling die Vmluwa zu thun / oder das verliehrende Theil wegen nicht abgetrettenen Gutts besprechen zulassen begehren vnd außbitten. Si autem intra istos 14. dies post denunciationem factam pars victa parti victrici ejusmodi fundum necdum cesserit, tunc obtinebit apud tabulas primam immissionem, quæ vocatur Zwod / & tantùm aliquod jus ad fundum, nullam autem possessionem tribuit. Königl: Lands-Ord: G. 12. vers. wird aber dem / so obgesigt / innerhalb 14. Tagen / nach dem er also besprochen / das Gutt nicht abgetretten / mag er widerumb zu der Landtaffel kommen oder schicken / vnd von denen Vnderambtleuthen daselbst die erste Einführung / welche Zwod genant wird / vnd nur ein Recht zu dem Gutt / vnd kein possession gibt begehren; Sive jam

pars victa hanc immissionem acceptet sive non, tunc tamen tenetur intra 4. septimanas ab immissione facta, apud tabulas Regni, quid ratione acceptionis vel non acceptationis facere velit, se declarare. Königl: Lands-Ord: G. 13. vers. Es nehme nun derselbe solchẽ Zwod oder Einführungs Recht an oder nicht/ so soll er doch innerhalb 4. Wochen/ von daro der in seiner angezeugter vnd insinuirter Einführung sich bey der Landtaffel angeben / vnd wegen annehm- oder nicht annehmung der Einführung/ vnd was er dißfals zu thun gesinnet/ erklären. Si autem intra 4. septimanas hoc non facit, tunc pars victrix obtinebit apud tabulas Regni secundam immissionem, quæ Bohemicè List. Obranný vocatur, & pars victa suâ possessione destituitur, & è contra pars victrix in actualem possessionem fundi mittitur. Königl: Lands-Ord: G. 14. auff dem fall er aber in denselben 4. Wochen solches nicht thäte / vnd das Gutt / so ihm aberkant dem obsigenden Theil nicht abtretten wolte/ so soll dasselbige widerumb zur Landtaffel kommen / vnd einen Verloßbriff/ so Böheimbisch List Obranný genant / vnd dardurch einer seines Besitzes vnd Gewähr entsetzet wird/ begehren. Item vers. Vnd soll der Präger Burggraff mit

mit demselben Brieff ein wol verhaltene vnd veraidete Gerichts-Person schicken / so die Parthey / welche die Sach gewonnen / in würcklichen Besitz des Gutts weisen.

DIFFERENTIA LXXI.

De Iure Communi.

AUt actum fuit personali actione, & tunc vel ad speciem vel ad quantitatem debitam, primo casu fit executio in rem debitam & adjudicatam prout in reali actione. Secundo casu sit executio pro mensura debiti adjudicati in bona debitoris. Hildrop. *tit. 18. num. 19.* qui refert Marantam. Hoc modo autem condemnatis per sententiam Iudicis prospectum est, ne statim à victore obruantur, primò illis quatuor menses ad solvendum assignantur, nec decernitur à Iudice pignus in vim rei judicatæ, quod judiciale dicitur, nisi isti quatuor menses præterierint. qui currunt condemnatis à die latæ sententiæ, aut si appellatum fuit à die confirmationis sententiæ. Si eos debitor condemnatus labi patiatur, nec interea solvat, tunc capitur pignus in bonis ejus, quod tamen non distrahitur,

nisi elapsis duobus mensibus, qui adhuc indulgentur antequam captum pignus distrahatur. Neguzantius *de pignor. & hypoth. in 1. memb. 6. part. num. 7.*

De Iure Bohemico

VIctor in actione personali seu causa pecuniaria si sibi intra tempus sententiæ insertum, vel 14. dies post declaratã rei contumaciam, pecunia adjudicata, non soluta fuerit, tunc primò Vmluwam ut supra G. 11. deinde post 14. dies jus possidendi Zwod ut suprà G. 12. contra reum petit, quod eidem (ut ibidem) conceditur. Si autem adhuc intra 4. septimanas illa pecunia cum expensis non soluta fuerit, tunc victor mittitur per Camerarium à Starosta petitum, in bonorum possessionem ex primo decreto, hoc est, zu der ersten Panowánj oder Beherzschüngs Recht, quod tamen tam parùm dominium quàm prima immissio tribuit, sed necdum solutâ pecuniâ quatuordecim diebus pòst petit ab inferioribus Officialibus æstimatoriales literas, die Abschatzungs-Brieff / quæ ad quatuor septimanas ab ipsis conceduntur. Iur. Regni Lands-Ordnung G. 18. So dann auch dieser Einführung die zuerkante Summa

ma neben denen auffgeloffenen Unkosten / so viel derselben beym Ambt passirt werden / dem gewinnenden Theil nicht erlegt wurde / solle dasselbe innerhalb 4. Wochen nach der Einführung sich bey dem Starosta entweder in der Person oder durch einen andern angeben / und einen Kammerling zu der ersten Panowánj oder Beherrschungs-Recht / so doch so wenig das dominium als die erste Einführung von der hieroben gemeldet / die possession veränderet außbringen / wurde ihm aber alsdann auch ein weg wie den andern die zu erkante Summa nicht entrichtet / so mag er 14. Tag hernach wiederumb zu denen Under-Ambtleuten kommen oder schicken / und von ihnen ein Abschatzunges Brieff begehren / welcher ihm dann von denen Under Ambtleuten auff 4. Wochen ertheilt werden soll / intra quas ante æstimationem seu taxationem bonorum factam, à Vice-Camerario Regni victo licet vel personaliter, vel per literas, sub sigillo proprio coram Burggravico Iudicio & Vice-Camerario Regni causas, quare æstimatio fieri non debet, allegare, & citationem contra victorem intra quatuordecim dies procurare, quo facto Burgravius aut ipsius Locumtenens intra alios 14. dies rem decidere debet. Iur. Reg. Lands

Ord. G. 19. & casu quo victus causas allegatas non probat, victori in quintam partem litis pro pœna condemnatur, quæ postea simul in æstimationem veniet. Iur. Reg. G. 20. Solte aber derselbe/ vnter welchem der Executions process geführt/ seine Vrsachen/ warumb er die Abschatzung nicht verstatten wolte/ nicht darthun vnd erweisen / so wird er der andern Parthe/ / so das Recht erhalten / den fünfften Theil der Haubtsumma/darumb das Vrthel ergangen / zu Straff verfallen; vnd dieselbe Straff soll ihm alßbald/ neben der andern Schuld / darumb er das Recht geführet/ abgeschatzt werden. Si autem intra 4. septimanas post impetratas æstimatoriales Creditor adhuc non à debitore contentatus sit, tunc fit executio per Vice-Camerarium Regni, primò in mobilibus jurato indicandis, & quando id factum fuerit, & præfata mobilia in parata pecunia, vel frumento, vel talibus rebus consisterent, quæ quotidie in foro venales essent, & earum pretium sciri possit, vel ratione hujus inter creditorem & debitorem conventum fuerit, tunc illæ creditori pro rato debiti in solutũ dantur, &c. Iur. Reg. LandsOrd: G. 21. vers. also vnd dergestalt / da innerhalb 4. Wochen nach erhaltenem Abschatzungs-Brieff

Brieff / der Schuldiger seinen Glaubigern nit befridigte / daß derselbe alsdann durch den Vice Land-Cammerer / welcher sich an denselben Orth verfügen soll / die würckliche hülff erlange / vnd vor allen dingen der Schuldner vermahnet werde / seine mobilien vermittels eines corporlichen Ayds anzuzeigen vnd zuweisen / vnd wann solches geschehen / vnd gedachte Mobilien oder fahrende Haab / in paarem Geld oder Getreyd / oder solchen Sachen bestunden / so täglich auffm Marck verkaufft / vnd mann der Zeit nach wissen könte was sie gelten / oder aber sich der Glaubiger vnd Schuldner des Werths halben verglichen / so sollen dieselbe dem Creditori, so weit sie zu reichen / in solutum vnd an statt seiner Schuld gegeben / vnd durch den Vice Cammerer zugeaignet werden. Vnd da der Glaubiger für die gantze Schuld die mobilien oder Fahrnus in solutum vnd an statt der Bezahlung angenommen / hat er ferner nichtß zu suchen / oder eintzige Klag zu führen. Si verò debitor ejusmodi mobilia omnia & singula nõ vellet indicare, vel ea non haberent certum pretium aut æstimationem, vel debitor in locũ optimarũ mobiliũ viliora substituisset, tunc creditor non tenetur ea in solutũ accipere, sed potest in bonis immobilibus

executivè procedere, ita ut Vice-Camerarius convocatis aliquibus è vicinia, bona illa immobilia juxta communem loci & temporis æstimationem & pretium, pro portione debiti eorum possessionem & subditos, cum subjectione & obedientia creditori assignet. Iur. Reg. Lands-Ord: G. 22. & tandem si victus intra 8. septimanas & 14. dies, vel bona non luat, vel sub auctione non vendat, novóque possessori satisfaciat, victor per Camerarium à Starosta impetratum mittitur in possessionem ex secundo decreto, quod est ultimum Panowánj. Iure Regni Lands-Ord: G. 23. Wann er nun also solch Gutt in die gewehr vnd possess bekommen/ soll innerhalb 8. Wochen dem Schuldner / der jederzeit bey der taxirung des Gutts sich befinden / vnd darzu erfordert werdẽ soll/gut bevorstehen solch entweder mit bezahlung der ihm zuerkanten Haubt-Summa vnd Schaden wiederumb abzulesen vnd feilbiten zulassen/ vnd es dem jenigen zuverkauffen / so am meisten bey Zeit derselbigen Acht Wochen am paaren Geld darfür geben wil. Wann aber die 8. Wochen verüber / vnd er es selbsten nicht abgelest / auch keinen Kauffmann gefunden oder fürgestelt / der mit paarem Geld solches bezahlen

wolte

wolte/ soll ihm noch 14. Tag biß zu der letzten Panowanj gegeben werden/vnd so in denenselben obberührter massen er noch kein satisfaction thun könte / soll der Glaubiger einen Cammerling bey dem Starosta außbringen / vnd die letzte vnd endlich ertheilung des Eigenthumbs vollziehen lassen/vnd nach dem solches vollendet/ soll das Gutt dem Glaubiger der besehenen Tax nach/ Erblichen verbleiben.

DIFFERENTIA LXXII.

De Iure Communi.

EXecutio sententiæ fit ab eodem Iudice, qui eam tulit. *L. Cùm quædam puella. ff. de jurisdict. Cap. quod ad consultat. X de re judic.* Maranta *part. 6. Act. 3. num. 2.* Cum quo concordat Ius Municipale Pragense, C. 21. Wann die Rechtsprecher jemanden etwas zu Vrtheilen/ seynd sie auch zu exequiren vnd zuverhelffen schuldig.

De Iure & Praxi Bohem.

QUoad superiora tribunalia aliter se habet, ubi sententiâ apud Iudicium Cameraticum, vel Burggraviatûs obtentâ, exe-

executio non fit immediatè ab Officio Camcratico, vel Burggraviatûs, ſed relatio inde accipitur, & vi habitæ relationis Executio apud Regni Tabulas modò ſub lit. G. II. uſque ad H. I. pro diverſitate caſuum præſcripto proſequi debet.

DIFFERENTIA LXXIII.

De Jure Communi.

IN Executione ſententiæ in Civilibus debet ſervari ordo traditus per *L. ff. Divo Pio. §. in venditione ff. de re judicat.* Scilicet ut primò capiantur mobilia, deinde ſtabilia, & poſtea nomina debitorum, & his deficientibus ultimo loco devenitur ad capturam perſonæ, non enim debet capi perſona pro debito, niſi priùs excuſſis bonis ſecundùm Barthol. in *L. 3. §. tutores.* & ibi gloſſam. *ff. de ſuſpect. tutor.* quando nimirum factâ excuſſione bona non reperiuntur ſufficientia, ut notat Abbas in cap. quoad conſultationem. *col. 6. in fin. de re judicat.* & Bald. in *L. 1. in fine de Iur. & fact. ignor.* adeò ut ordine prædicto inverſo non valeat executio. Secundùm Ioannem Imolam & Alexandrum *in d. L. A.* Divo Pio. *§. in vendit. de re judic.*

De

De Iure & Praxi Boh.

PRo debito Civili per ſententiam adjudicato, neglectis bonis immobilibus ſtatim executio poteſt fieri in ipſam perſonam debitoris petendo coram Iudicio, apud quod ſententia lata, literas quasdam perſonam debitoris ſub pœna amittendi honoris, vel ad debitum ſolvendum, vel ſe ſe in 14. dies ad Arcem Pragenſem in Burggravij poteſtatem ſiſtendum obligantes, Germanicè Steckbrieff / Bohemicè Zatykač dictas. Königl: Lands-Ordnung. Von Steckbriffen G. 28. Wer nicht wil einen Executions proceſs wegen einer ihm bey Recht zugeſprochenen / oder durch das erſtandene Recht erhaltenen Summa Geldes auff ein Gutt führen / vnd ihm daſſelbe Geld nicht in der in dem Vrtheil außgeſetzten Zeit / oder 2. Wochen nach dem erſtandenen Recht erlegt wird / der mag vor dem Recht / bey welchem er das Vrtheil oder erſtandene Recht erhalten / einen Steckbrieff / ſo Böhmiſch Zatykač genant / vnd dardurch einer bey verluſt der Ehr geſteckt oder verbunden wird / entweder zubezahlen / oder ſich ins Gefängnus zu ſtellen / anßbringen. Et G. 29. Würde einer / wider welchen der Steckbriff außbracht / in Schlöſſern /

sern/ Märckten/ Stätten/ Flecken/ Dörffern/ oder etwan anderstwo / es sey auff Unsern Herrschafften / oder auff Herren / Ritterstands / Bürgerlichen oder andern Güttern vnd Gründen / zu Stege / zu Wege / zu Wagen / zu Roß vnd Fuß / vnd wo er auch immer (ausser der Kirchen) betretten / dann sollen Unsere Haubtleuthe / wie auch die von dem Herren- vnd Ritterstand vnd derselben Ambtleute vnd Verwalter / so wol die Richter in denen Dörffern vnd Flecken / wann sie darumb ersucht / schuldig seyn / solche Person mit insinuirung der Steckbriff zu stecken / vnd den/ der also gesteckt / durch anglobung Trew vnd Glaubens zuverbinden / daß er sich von dato derselben Steckung innerhalb zwey Wochen auffs Präger Schloß in des Burggraffen Gewalt stellen wolle.

DIFFERENTIA LXXIV.

De Iure Communi.

IN bona feudalia non potest fieri Executio, cùm non sint propria. Gail. *lib. 1. pract. observat. 117. num. 5.* Colerus *de process. Execut. part. 2. cap. 3. num. 282.* Hartmann. Pistor. *q. 15. num. 1. 11. 25. 26.* Wesenbec. *consil. 50. num. 7. part. 1.*

De

De Iure Provinciali Boh.

POtest in feudum quodcunque fieri executio, dummodo hæc duo adſint. Primò conſenſus Sac: Regiæque Majeſt. per ſcriptam relationem expreſſus. Secundò propter immiſſionem etiam relatio ad Tabulas feudales accipiatur. Königl· Lands-Ord: F. 62. So etwan einer gegen einem Lehnmann/ es ſey bey welchem Recht ſolches wäre/ durch einen Außſpruch oder erſtandenes Recht eine Summa Geldes erhielte / vnd der Lehnmann hätte kein eigenes Erb-Gutt / ſondern nur das Gutt ſo zu Lehen ginge / vnd der / ſo den Außſpruch oder das erſtandene Recht erhalten/ wolte auff das Lehen Gutt das Recht führen/ vnd der Execution ſich gebrauchen / ſolches mag ein jeder / doch mit Bewilligung Vnſerer als Königs zu Böheimb / durch eine ſchriff tliche Relation, vnd ſonſt anderſt nicht thun/ vnd von demſelben Recht/ wo der Außſpruch oder das erſtandene Recht ergangen / wegen der Einführung eine Relation zu der Hofftaffel außbringen.

DIFFE-

DIFFERENTIA LXXV.

De Iure Communi.

SI Executio fiat in eadem re, ſuper qua fuit lata ſententia, non requiritur partis citatio, ſecundùm Barthol. ad *L. à Divo Pio. §. in vendit.* & ibi Alexandrum *in col. antepen. de re judicata.* Maranta *de ord. jud. part. 6. act. 3. num. 17.*

De Iure & Praxi municipali Bohemica.

POſt ſententiam latam, ſi appellatio à partibus non interponatur, ter pars victa citatur, antequam Executio ſubſequatur, & à Magiſtratu qualibet vice pars victa per decretum, ut ſententiæ ſatisfaciat, commonetur, quæ Decreta vocantur, Rechtsbefehl / Bohemicè Rozkazy. Horum primum durat 14. diebus, ſecundum 3. diebus, tertium uſque ad occaſum ſolis, ad quorum ultimum, ſi victus ſententiæ non ſatisfaciat, ad arreſtum ire cogitur. Königl: Statt-Recht C. 22. Nach ergangenem Vrthelſpruch ſollen die Rechtsbefehl folgen biß auff den letzten zum vndergang der Son-

Sonnen/ derselbe wann er außgehet/ vnd dem Vrthelspruch nicht genüge beschicht/ soll der Verurtheilte ins Gefängnus gehen/ darauß nicht gelassen werden/ er bürge sich dann paar auß auff Paargeld in 14. Tägen zu erlegen. Der erste Befelch erstreckt sich auff 14. Tage/ der ander auff 3. Tage/ der dritte biß zum vndergang der Sonnen.

DIFFERENTIA LXXVI.

De Iure Communi.

IN bobus aratorijs aut equis ad agriculturam destinatis non potest fieri executio per *L. Executores.* & Authent. *Agricultores. Cod. quæ res pign. oblig. possunt.* Maranta *de ord. Iud. limit. 1. act. p. 6.*

De Iure & Praxi Bohem.

SI quis se obliget, & in illa obligatione certi census, quos Cameraticos vocant, exprimantur cum hac adjuncta clausula, ut in casum non solutorum censuum certæ res à bono immobili, puta boves, equi, oves, &c. auferantur, possunt censibus ad terminos statutos non solutis etiam ani-

malia prædicta auferri, & in ijs fieri execu- tio. Königl: Lands-Ord: G. 53. vnd G. 55. ubi forma hujus Executionis hisce verbis describitur: Vnd da einer auff eine solche Verschreibung Vieh mit dem Cammerling nehme/ vnd wegtreiben liesse/ so soll man solch Vieh in das Ambt zu dem Starosta des Landes treiben/ vnd alldar drey Tage lang halten: Nach verlauff der 3. Tagen soll man die Personen erfordern lassen / welche darzu beaydet / vnd stets zu Prag seyn / vnd zwar wann es Ochsen/ Kühe/ oder dergleichen Vieh betrifft/ so seynd darzu geschworne Fleischhacker/ seynd es aber Pferd / so seynd zu derselben schatzung die Roßteuscher verordnet / vnd dieselbe Geschworne Personen sollen das Vieh auff ihr Eyd vnd Pflicht seinem rechten Werth nach schätzen/ vnd der Kläger darvon / so viel die Summa derselben gült / vnd Zinsen neben denen Schäden vnd Vnkosten außträgt / nehmen / das vbrige aber soll dem Schuldner / welchem das Vieh genommen / wiederumb zugestellet werden.

DIFFE-

DIFFERENTIA LXXVII.

De Iure Communi.

OMnibus & contra omnes nullâ habitâ Religionis consideratione regulariter conceditur Executio teste Marantâ *de ord. Ind. act. 3.* vers. *Tertiò principaliter.*

De Iure Bohem:

PErsona à fide Catholica Romana & Apostolica aliena, si antecedenter temporibus bellicis & inquietis hypothecam quandam, aut Ius quoddam Regni tabulis assecuratum habeat, Executionem usque ad literas appretiativas, idiomate germanico Abschatzungs Brieff prosequi potest, postmodum ad summum intra duos menses vel fidem Orthodoxam amplecti, & sic se legibus patriæ accõmodare, vel personæ habili in regno cedere cogitur per specialem Novellam, in Quaterno extraneorum Anno 1650. die Martis in festo S. Luciæ Ottiliæ, id est 13. Decembris sub lit. B. 10. incorporatam, quæ sic sonat, §. A to prwnjm/ když Osoba Katolická přze zřjzenau Osobu Katolickau po Executi a magjcym Dskami Zemskými vtwrze-

ným Práwě postupowati bude / a až k Listům na Odhod dowede / aby takowá každá Osoba / gjžto se k Ruce Executi wede / pokůdž w stalém držení / & in dominio perpetuo takowého Gruntu zůstati žádá / neydéle we Třech Měsýcých pořad zběhlých / buď k samé Spasytedlné Wjře Katolické / a tak legibus patriæ se accommodirowati / aneb wsseliké Práwo swé gisté Katolické spůsobné Osobě w témž čase absolutè, a bez wsselikého reservatu pořádně postaupiti powinna byla.

DIFFERENTIA LXXVIII.

De Iure Communi.

HOdie nunquam taxatio expensarum fit eadem die, quâ fit Executio sententiæ, sed Iudex eam reservat, ut docet Maranta *de ord. Iudic. part. 6. act. 3. n. 22.*

De Jure Bohem:

Simul & semel fit Executio tam ratione causæ principalis, quàm expensarum. Lands-Ord: G. 21. So setzen / ordnen / vnd wollen

wolten Wir/daß solche Abschäßung auff nichts anders gestelt/vnd angesehen seyn soll/als daß der Creditor so viel erlange/ als seine liquidirte Schuld an Haubt-Summa Interesse, Schäden vnd Vnkosten außträgt.

DIFFERENTIA LXXIX.

De Iure Communi.

EXecutio debet fieri pro mensura debiti, adeò ut si plus debito fiat executio, vitietur in totum juxta Barthol. in *L. Si non sortem. §. Si certum ff. de prodit. & demonstrat.* Iason. in *1. columm.* Alexand. in *L. justè possidet. col. 5. & 6. de acquir. possess.*

De Iure Bohem.

SI error fiat in Executione, & plus debito adpretietur, in pleno Iudicio Provinciali per Relationem error iste corrigi potest: Königl: Lands-Ord; I. 18. & sic practicatur, &c.

DE PROCESSV CRIDÆ.

DIFFERENTIA LXXX.

De Iure Communi.

RES vel pecunia deposita si amplius non extat, sed consumpta est, tunc sunt nonnulli qui dicunt, quòd deponens in bonis depositarij, ratione rerum depositarum consumptarum, Ius tacitæ hypothecæ unà cum privilegio prælationis habeat, ideóque omnibus creditoribus sive expressam, sive tacitam hypothecam habentibus, imò etiam mulieri ratione dotis præferatur. per textum *L. si hominem. §. quoties 2. ff. depositi.* ubi dicitur, quòd deponentium non solùm primo loco, sed etiam ante privilegia ratio haberi debeat, & in *L. quod privilegium 8. ff. eod.* ubi disponitur, quòd ejusmodi privilegium deponenti competens, non solùm in ea quantitate, quæ in bonis argentarij ex pecunia reperta est, sed etiam in omnibus fraudatoris facultatibus exerceri possit, evincere conatur Ioannes Michaël Beuther tract. *de Iure prælationis.* E contrario verò, quòd deponens propter res depositas consumptas, solam-

solummodo habeat privilegium personale, & chyrographarijs præferatur, tradit glossa in *d. L. Si hominem. 7. §. quoties. 2. verb. depositariorum. ff. depositi.* Paulus de Castr. *eod. num. 2.* plurimique alij à Matthia Berlich. *part. 1. Conclus. 64. num. 10.* citati textus & Authores.

De Iure verò Bohemico

NEque unum neque alterum obtinet, sed in quarta classe post mulierum dotes & legata pia sequuntur in tertio ordine deposita consumpta. Novella Regia Ee. 29. Die erste Classis vnd der Vorzug vor allen anderen prætendenten soll gehören denen jenigen zu/ welche in des Schuldners Vermögen ein Eigenthumb zuforderen haben: Als da seynd primò deposita, es wäre dann sach/ daß das depositum nicht mehr vorhanden/ sondern von dem Schuldner angegriffen vnd verwendet worden wär / im welchem fall es vnter die privilegiata, davon vnten sub Ee. 33. disponiret / gehörig wäre. Vbi ita disponitur. Denen hypothecarijs sollen in der 4. Class nachfolgen 1. eines Weibes Heurath Gutt/ wann man dasselbe nicht ohne das mit der Landtaffel auff einem Gutt versichert wor-

den. 2. legatum ad pias causas, welches der Schuldner ist wegen einer anderen Person abzustatten schuldig gewesen. 3. die vertraute deposita commodata, &c.

DIFFERENTIA LXXXI.

De Iure Communi.

PEcunia etiam ad cambium data, ut eandem vel tantundem in alio loco datori exsolvat, interim si fallat, & ejus bona à reliquis creditoribus occupentur & veneant, ille qui pecuniam ad cambium dedit, meritò omnibus indistinctè creditoribus præfertur, uti per textus apertissimos & elegantes in *L. Si hominem. §. penult. & fin. L. quod privilegium. 8. ff. depositi.* in specie tradit Andreas Pernet. in *Instit. lib. 3. tit. 15. quibus modis re contrah. oblig. §. præterea.*

De Iure Bohemico

D. Novellâ Ee. 33. in quarta Classe post deposita consumpta veniunt pecuniæ cambiales, Wechsel-Gelder, & ex suprà dicta regula infertur, quòd etiam is, qui alicui tanquam suo mandatario aliquid dedit

dit ut illud venderet, vel ad alium certum finem expediret, illud si adhuc in bonis mandatarij extet, præ omnibus alijs creditoribus, qualitercunque illi fuerint privilegiati, petere & vindicare possit, quod non videtur obtinere de Iure Bohem.

DIFFERENTIA LXXXII.

De Iure Communi.

SI venditor expresse in re vendita sibi hypothecam donec integrum pretium fuerit solutum reservaverit & convenerit, quòd res vendita sibi expresse sit hypothecata pro suo pretio, tunc is meritò omnibus creditoribus quicunque etiam illi fuerint, potior est, textus in *L. Procuratoris. 5. §. planè 17. ff. de tribut. Actione.* Bald. *in L. ult. C. commodati. num 5.* ibi breviter casus: Anton. Neguz. *de pignoribus parte 5. memb. 2. num. 18.* & licet nonnulli sint qui statuunt sufficere, si venditor hypothecam sibi reservet non in specie in illa re vendita, sed generaliter in omnibus bonis emptoris, eique in genere emptor omnia sua bona pro pretio obligat. Barthol. Cœpol. *cautela 124. incipit vulgaris. col. 2.* Contrarium

rium tamen quòd scilicet præcisè requiratur, ut venditor in specie in illa re vendita sibi hypothecam reservet, tradit Neguz. *d. loco.* Vide Berlich. *d. Conclus. à num. 27.* usque ad *60.*

De Iure Bohemico verò

LOngè aliter se res habet, quia talis venditor ponitur in tertia classe inter hypothecarios ratione pecuniæ per Regni Tabulas propter fundum venditum adhuc debitæ, licet nullam hypothecam in contractu emptionis & venditionis sibi reservaverit & pactus fuerit, tamẽ adhuc realiter venditum fundum afficiunt, dummodo contractus prædictis Regni Tabulis incorporatus fuerit. Novella Regia Ee. 32. In diese Class wollen Wir ferner gesetzet haben die Kauff-Gelder/ so einer von einem erkaufften Gutt seinem Kauffer mit der Landtaffel schuldig bleibt. Dann ob wolen in den Gemeinen Rechten es hierinnen ein gewissen Absatz hat/ demnach in Unserem Erb-Königreich Böheimb ein anders und dieß hergebracht/ daß die Kauffgelder / ob schon kein hypothec paciscirt oder abgeredet worden / auff dem verkaufften Gutt dannoch realiter gehafftet: So

So lassen Wir es noch darbey verbleiben. Jedoch soll solcher Kauff-Contract der Land-Taffel einverleibt seyn. Post hæc Berlich. ratione differentiæ Iuris Saxonici ponit quoque mercedes famulorum den Liedlohn in prima classe.

DIFFERENTIA LXXXIII.

De Iure Communi verò

EIusmodi mercedes famulorum tantâ prærogativâ non gaudent: sed tantùm posterioribus creditis hypothecarijs æquiparantur, prioribus verò creditis, prout etiam doti mulieris, & alijs magis privilegiatis non præferuntur. quia ministri & famuli ratione mercedis in bonis Domini tantùm habent tacitam hypothetam. Vesemb. *in comment ff. de Privileg. Creditor. num. 5. sub fin.* vers. *& sanè si vim.* Ioann. Michaël Beuther. in suo tract. *de Iure prælationis parte 1. cap. 29.*

De Iure Bohem:

MErcedes famulorum in secunda classe ordine quarto ponuntur, & doti mulieris præferuntur. Novell. Reg. Ee 30. die

Lied-

Liedlohn der Haußgenossen und was daran ihnen außständig.

DIFFERENTIA LXXXIV.

POst mercedes mercenariorum & famulorum Iure Saxonico tamen in hac prima Classe sequuntur impensæ funebres, quæ etiam ante omnia debita qualiacunque illa sint, solvi debent.

De Iure communi idem obtinet, text. in *L. & si quis 14. §. si colonus. 1. L. impensa enim funeris. 18. L. ideoque etiam. 19. L. funeris sumptus 37. L. impensæ. 47. L. se ff. de Relig. & sumpt. funer. &c.*

De Iure Bohem:

SEquuntur in secunda Classe ordine primo, & non ante omnia debita qualiacunque illa sint solvi debent.

DIFFERENTIA LXXXV.

De Iure Communi.

IS qui pecuniam mutuat ad refectionem & conservationem rerum, omnibus creditoribus anterioribus etiam expressam haben-

habentibus præfertur. *L. interdum. 5. ff. qui potiores in pignore.* Petrus Nicolaus Mozzius. *de pignoribus coll. de naturalibus pignor. num. 48.* Neguz. *tract. eod. part. 5. memb. 2. num. 15.* Mynsing. *Cent.* 1. *Obs. 60.* Gail. *lib. 2. Obs. 25. num. 7.* Vide Berlich. *d. Conc. num. 99.* Zoëz. *in ff. qui potiores in pign. num. 10.* Perez. *Cod. eod. tit.*

De Jure Bohem.

IS ponitur inter chyrographarios in classe quinta primo ordine. Novella Regia Ee. 34. Die letzte Claß bleibt vor die chyrographarijs, unter welchen aber dannoch diese den Vorzug haben sollen. 1. Der jenige / welche in specie zu erhaltung eines Gutts- oder Grunds-Geld hergelihen / solches auch darein würcklich verwendet worden: Am selbigen Gutt oder Grund / da es noch in dessen Schuldners vermögen hat solcher Creditor vor anderen Chyrographarischen Schuldnern den Vorzug.

DIFFERENTIA LXXXVI.

INter hos Creditores qui præter Ius reale ex personali privilegio etiam Ius prælationis

tionis habent, de Iure Saxonico in ſecunda Claſſe primum locum obtinet uxor, cui dos ante reliquos creditores omnes, ſive hypothecarij expreſſi vel taciti, ſive perſonaliter privilegiati, ſive chyrographarij ſint, reſtitui debet.

Idem de Iure communi ſancitum eſt, *L. un. Q. 1. & ſeqq. C. de rei uxoriæ Actione. L. aſſiduis 12. C. qui potiores in pignore.* plurimíque à Berlich. *Concluſ. 65. num. 2.* citati Authores. Imò de Iure communi indiſtinctè omnibus creditoribus, non ſolùm tacitam, ſed etiam expreſſam anteriorem hypothecam habentibus præfertur, per *L. in aſſiduis. L. ſatis notum eſt. 4. C. in quibus cauſis hypotheca tac. contrah.* Zoëz. *in Comment. ff. qui potiores. num. 18.* Perez. *in C. eod. tit.* Berlich. *d. Cons. num. 7.*

Sícque etiam obtinet de Iure Municipali Prag. C. 49. vers. Doch ſoll ſie ſolches Leibgedings vor allen anderen Glaubigern genieſſen.

De Iure Bohem:

Mulier in ratione dotis, quæ in contractu dotalitio per Tabulas Regni in aliquo fundo eſt hypothecata, & aſſecurata, ponitur in tertia Claſſe, ſi autem per Regni Tabu-

Tabulas non ſit aſſecurata, ponitur in quarta claſſe ordine primo, ſicque utroque modo, ſicuti de Iure communi minimè præfertur. Novella Regia Ee. 33. Denen hypothecarijs ſollen in der vierdten Claſs nachfolgen. primò eines Weibes Heurath Gutt/ wann daſſelbe nicht ohne das mit der Land-Taffel auff einem Gutt verſichert worden.

DIFFERENTIA LXXXVII.

DE Iure Saxonico in ſecunda claſſe poſt mulierem venit Fiſcus (quod & obſervatur de Iure Communi) etiam non tantùm in bonis debitorum, qui cum eo contraxerunt, vel eidem debitis obligati ſunt, tacitam hypothecam *L. certum eſt ejus. 2. C. in quibus cauſis pignus tacitè contrah. L. aufertur 46. §. fiſcus. 3. ff. de Iure Fiſci.* Neguz. *de pign. memb. 4. par. 2. n. 113.* Sed etiam hoc privilegium habet, ut omnibus omnino creditoribus necdum chyrographarijs, & perſonaliter privilegiatis antiquioribus, ſed etiam hypothecarijs poſterioribus præferatur, text. expreſſus in *L. Si pignus. 8. ff. qui potiores in pign. L. quod*

quia

quis 34. ff. rebus. authoritate Iudicis possid. L. quamvis. 2. C: de Privil. Fisci. Vide Berlich. *Concl. 65. num. 118.*

De Iure Bohem:

HYpothecarius in quarta Classe ordine quinto venit Fiscus. Der Königl. Fiscus in seiner bedienten Officialen Gütern/ vnd wo er ex proprio contractu gegen einem etwas zu fordern hat.

DIFFERENTIA LXXXVIII.

De Iure Communi.

OMnibus Chyrographarijs est Ius æquale ad bona debitoris, non habitâ ullâ ratione prærogativæ temporis, facit tamen causa alicui esse privilegium, id citiùs ante alios exigendi, nam ut ait Paulus in *L. Privilegia. ff. de privileg. creditor. 32.* privilegia non ex tempore æstimantur, sed ex causa.

De Iure Bohem.

ILla regula qui prior tempore potior Iure, sicut inter hypothecarios, ita etiam inter

inter chyrographarios locum habet, & ille prior, cujus syngrapha antiquior, quod intelligendum etiam, si concurrant ejusdem generis causæ ac qualitatis creditores privilegiati. Novella Regia Ee. 35. Demnach aber öffters beschicht/ daß in dem casu, da dergleichen Chyrographarij mit anderen concurriren die Zahlungs Mittel vnterschiedlich/ vnd theils besser/ theils ärger seynd/ vnd dahero Frag zu entstehen pflegt / wer vnter denselben die Wahl haben soll? dannenher/ vnd ob wol sonst die Regul/ qui prior tempore, potior Iure, sich aigentlich auff die hypothecarios ziehet / weilen aber solches auch in den Chyrographarijs seine billichmessige Vrsach hat / vnd hingegen solches in des Vnderrichters arbitrio zulassen gefährlich / oder da es in communione der Creditoren verbleiben thäte/ mit allerhand confusiones nach sich ziehen wurde/ so setzen vnd ordnen Wir / daß in solchem concursu das Datum des Schuldscheins/ ob schon der dies solutionis auff etliche Jahr hinauß gesetzet wäre/ angesehen/ vnd nach deme eine Schuld älter als die andere/ nach demselben den Creditoren die Wahl gelassen werden solle. Welches Wir dann auch von den jenigen privilegirten Creditoren / wann welche ejusdem generis causæ, ac qua-

litatis seynd/ vnd vntereinander selbst concurriren verstanden haben wollen. De Iure Municipali Prag. G. 18. Si creditores sua credita libris Civilibus den Stattbüchern non habeant incorporata, & in bonis debitoris assecurata & hypothecata, sed tantùm personalem obligationem & syngrapham, tunc in hoc casu Iudices nulli eorũ prærogativam aut prioritatem concedunt, sed illi pro rato & magnitudine cujusque crediti debitoris bona inter se partiuntur, & ob illud quod deest, personam ejus adhuc obligatam tenent. So dem Glaubiger seine Schulden nicht notturfftig genugsamb mit den Stattbüchern verschrieben / vnd auff den Güttern versichert wären / sondern hätten allein auff die Personen brieffe vnd SchuldZettel: So sollen in solchem fall/die Gerichte den Glaubigern / bey erlangung ihrer Gerechtigtigkeit vnd Schulden kein Vorthel oder ältere Recht zulassen / sondern sollen sich nach der Grösse ihrer Schulden mit des Schuldners Güttern betheilen/wurde ihnen was mangeln/ so soll ihnen nichts destoweniger des Rechts halben die Person des Schuldners verbunden seyn. Quomodo autem ejusmodi processus inchoëtur in eóque procedatur? vide Regias Novellas, ab Ee. 19. usque 28. inclusivè:

ſive: præcipuè verò ampliſſimum ab Imperatore Ferdinando III. glorioſiſſimæ recordationis 1644. Lincij 15. Novembris expeditum Reſcriptum.

DIFFERENTIA LXXXIX.

De Iure Communi.

FIſcus ſportulas non præſtat, ſed gratis litigat, ut notat antiquus Iulian. interpres ad Novell. 7. & 21. Perez. *C. de ſportulis & ſumptibus.* in diverſis Iudicijs faciendis, & de executoribus litium. Tulden. *eod. tit.*

De Praxi & Stylo Boh.

Executoriales præſtare tenetur.

DIFFERENTIA XC.

De Iure Communi.

NIhil etiam præſtat Epiſcopus in cauſâ ad Eccleſiam pertinente. Novell. 123. cap. 28. Nullas quoque ſportulas ſolvunt pro commonitione tenuiores perſonæ. Novell. 17. cap. 3. quod privilegium etiam parti adverſæ prodeſt, ut in judicio æquali-

tas servetur. *L. ult. ff. de fructib. & litis expensis.* Personæ Ecclesiasticæ exiguas præstant, sextam videlicet aurei partem, ut apparet ex *d. cap. 28.* Novell. 123. Perez. & Tulden. *ad d. tit.*

De Praxi & Stylo Bohem.

OMnes prædictæ ubique locorum aliàs privilegiatæ personæ, hac in re non solùm prorsus nullo privilegio gaudent, sed etiam tenentur adhuc majores sportulas, quàm aliæ personæ non privilegiatæ solvere. v. g. pro libello plerumque solet actor quilibet alius solvere duas sexagenas Misnicas, hoc est duos florenos & viginti cruciferos, totidem reus pro sua exceptione, sicque etiam pro replica & duplica, si autem agat pupillus aut Ecclesiastici, tunc tenetur solvere duplum, id est quatuor sexagenas Misnicas, quod vocatur **ein doppelt Recht**/ idem obtinet quando contra illos agitur, si autem agat, v. g. Monasterium contra Monasterium, vel pupilli contra pupillos, tunc quadruplum debent solvere. **Ein vierfaches Recht** / hoc est 8. sexagenas.

PARS

PARS II. DE CONTRACTIBUS

DIFFERENTIA I.

De Jure Communi.

VEnditor equi redhibitoriâ in factum actione, pro omnibus vitijs equi internis & non apparentibus conveniri potest: videlicet si equus sit calcitrosus, hoc est pedibus feriens. *L. bovem. 43.* vers. *unde quidam ff. de Ædilitio edicto.* Item si lunaticus aut phreneticus sit, vulgò **Kollerich.** *L. 1. §. apud Vivianum 9. in fin. eod.* Item si ita sit pavidus, **schew**/ ut semetipsum turbet & eripiat. *d. L. bovem. in princ. ea quoque jumenta.* Item, si transjungi non possit, aut unum tantùm jugum patiatur. *L. ædiles ajunt. 38. §. quæsitum. 8. d. tit.* Transjungere autem secundùm Speckhan. *quæst. jur. cent. 1. q. 118.* est jugalium loca mutare, quadrigæ locum mutare, temonarium facere qui præcedere solitus sit, vel dextrum

facre, qui sinister esse solebat, vel contra. Item si sit retrogradus, stettig. Specul. *tractat. de rescind. vend. §. & nunc dicendum. num. 2.* ac denique si habeat super ossa vel callos, Specul. & Speckhan. *d. loco.* secundùm Colerum *in processu execut. part. 2. cap. 1. n. 71. & seqq.*

De Iure Boh. municip. Prag.

H 13. differt. Vbi venditor equi tantùm de 4. vitijs tenetur: Verkaufft jemand ein Pferd / soll er schuldig seyn klärlich vnd trewlich anzuzeigen: fürs erste / ob es frey vnd vngestohlen / fürs ander / ob es hartkeichent / fürs dritte / ob es rotzig / fürs vierdte / ob es vberzogen / zersprengt oder zerrissen sey.

DIFFERENTIA II.

De Iure Communi.

ACtioni redhibitoriæ tempus sex mensium utilium præscriptum est, currens ex die venditionis vel ex eo, quo dictum promissúmque quid est. *L. Sciendum 19. ff. §. fin.* de ædilitio edicto. interdum etiam intra 60. dies redhibitio facienda, quando agitur de jumentis ornamentorum causa redhibendis. *L. 38. in princ. d. tit.* De

De Iure Bohemico

AD triduum in prædicto casu actio redhibitoria saltem locum habet. d. H. 13, vers. Verschweiget ers aber/vnd dieser Mangel einer würde von acto biß auff den dritten Tag bey dem Pferd vermercket vnd befunden/ soll der Verkauffer das Pferd wieder zu sich nehmen/ vnd das Geld wieder zu geben schuldig seyn.

DIFFERENTIA III.

De Iure Communi.

DOminium rei venditæ non est necessariò transferendum, sed tantùm tradenda res: traditio tamen, si fuerit Dominus venditor, faciet Dominum. *L. exempto. 11. §. 2. ff. de action. empt. & vend.* hoc ita si pretium sit solutum, vel aliàs satisfactum venditori. L. *quod vendidi.* 19. *ff. de contrah. empt.* & hoc sinè distinctione procedit, res vendita sit mobilis vel immobilis.

De Iure Bohem:

FIt distinctio inter res mobiles & immobiles, quia ibi etsi venditor sit verus Dominus rei venditæ immobilis, non ta-

men ejus transfert jus possessionis vel dominij, nec conditic•iem præscriptionis sine Regni tabularum aut librorum Civicorum confirmatione. Novella Ee. 10. Imgleichen soll auch kein jus possessionis weniger einzige translatio dominij an einem Land-Gutt/statt oder Würckung haben auff einigerley weise/ es seye dann solches mit der Landtaffel vermercket und bestättiget worden/ rc. Item Ius municip. Prag. G. 46. Die Kauff- und Statt-Gründ oder Statt-Gütter sollen durch die Stattbücher confirmirt und bestättiget werden/ rc.

DIFFERENTIA IV.

De Iure Communi.

A Contractu utrimqúe perfecto non facilè receditur altero invito, ne quidem ex rescripto Principis. L. 3. *Cod. de rescind. Vend.* neque etiam altero duplum pretij offerente. L. 6. *C. eod.* Henricus Zoës. *eod. num. 2.* Perez. in *Cod. eod. tit. num. 1.* Nicolaus Mozius.

De Jure municip: Prag:

PArs quæ venditori non vult stare, tenetur solvere alteri parti 25. sexagenas bohemi-

hemicas, vel talem summam, quæ ipsi in judicio juxta magnitudinem pretij adjudicabitur. H. 4. §. 1. Eine Part / so in einem beschlossenen Kauff nicht stehen wolte / soll dem Gegenpart 25. ßß. Böhm. Grosch. wandelkauff / oder aber eine solche Summa als ihm von rechten nach Grösse der Kauff Summa zu erkant wird / zu geben vnd zuverrichten schuldig seyn.

DIFFERENTIA V.

De Iure Communi.

DUobus rem vendens tenetur crimine Stellionatûs. L. 3. *ff. de Crimine Stell.* & tenetur priori emptori ad interesse. Henr. Zoës. in *ff. de rei vind. num.* 7. imò punitur de falso, textus est ad literam L. *qui duobus* 21. *ff. de falsis*. Petrus Nicol. Mozz. *n.* 30. *de natural. empt. & vend.*

De Iure municip. Prag.

TEnetur quoque 25. ßß. sicut in præcedenti casu pœnæ nomine solvere. d. H. 4. §. 2. In solche poen faller auch der jenige / welcher einen Grund vnd Boden / oder ein

Ding ihr zweyen verkaufft / vnd nichts desto-weniger wird ein ordentlcher Kauff seinen fortgang haben.

DIFFERENTIA VI.

De Iure Communi.

IN *L. 22. & fin. C. mandati.* vel contra, per Imper. Anastasium saluberrimè provisum est, ut ne quis alienum subeat debitum cessione in eum factâ, & ne amplius à debitore consequatur his quæ præstitit cessionis auctori, exceptis quibusdam casibus specialiter ibidem expressis.

Hujus Regni mores

Hanc Legem necdum receperunt.

DIFFERENTIA VII.

De Consvetudine Feudali.

PRetium offerendum intra annum saltem ad revocandum Feudum ab agnato alienatum. *§. Titius filios lib. 2. feud. tit. 26.* alibi est annus & dies, alibi post trinam publicationem sunt dies 14. alibi aliquot menses, aut dies novem vel plures. Zoës. in *ff. n. 110. de retractu Gentil. sive consang.*

De

De Iure municip: Prag.

LIcet cognatis, denen Blutsfreunden/ bona patrimonialia ad minimum ab avo vel avia provenientia retrahere. Statt-Recht/ H. 20. §. 1. H. 21. §. 2. & conceduntur indigenæ ad insinuandum se 14. dies: alienigenæ autem tres menses. dicto H. 21. §. 1. Wer an einen Kauff tretten wolt/ der soll sich/ so er ein einheimischer ist/ inner 14. Tagen/ ist er aber ein frembder ausserhalb des Königreichs Böhetmb/ in 3. Monathen anzumelden schuldig seyn/ so fern er vmb seine Gerechtinkeit nicht kommen wil.

DIFFERENTIA VIII.

De Iure Communi.

SI emptor cesset in solutione, tunc licet venditori interea rem venditam quasi pignoris loco retinere. *L. 13. §. offerri. 8. ff. de Act. empt. & vend.* vel agit ad pretium conventum consequendum. *d. L. 13. §. veniunt.* & ad usuras pretij non soluti. *d. §. L. curabit.* Vide Zoës. *ff. eo tit. num. 10. 22. & 23.*

De Iure municip: Prag.

SI possessor alicujus fundi post Judicis mandatum intra 14. dies pretium non solvat, tunc venditor fundum tanquam suum ad se viâ Iuris recipit, sicque emptor perdit omne quod jam antecedenter solvit. Stat Recht. H. 1. §. 2. So ein Innhaber eines Guts nach Rechtlichem gethanen Befelch in 14. Tagen die Grundgelder nicht erlegete / kan er sich der Verkauffer solches Grund vnd Bodens wiederumb nach Ordnung der Recht bemächtigen / das ist denselben alsobald erblich einnehmen/vnd also kombt der Innhaber oder Besitzer vmb die Angeldter/ auch andere verrichte Gelder. Idem dicit G. 3.

DIFFERENTIA IX.

De Iure Communi.

AD evictionem præstandam, etsi nihil convenerit, tenetur tamen venditor ex empto secundùm naturam contractus. *L. evicta. 16. ff. de evict. & dupl: stip.*

De Iure Bohem:

ETsi quoad eam evictionem idem videatur obtinere Iure Regio, Königl. Lands-

Lands-Ordnung / K. 7. tamen quoad evictionem provincialem, vulgò die Land-Gewehr / ut mox ex sequentibus apparebit, aliud obtinet.

DIFFERENTIA X.

De Iure Communi.

PRæscribitur evictioni arg. L. sicut 3. Codice de præscript. 30. & 40. annorum. Cardinalis Tuschus *Conclus. 564.* Zoës. *in tit. de retract. convent.* à n. 33. usque ad n. 35. exclusivè.

De Iure Bohem.

PRæscribitur evictioni intra tres annos & 18. septimanas. Iure Regio. Lands-Ordn: K. 12. vers. Wann aber einer mit den Gewehrloßbriffen nur allein auß dem Gutt geführet wurde / und die Ansprüch eher als 3. Jahr und 18. Wochen vorüber / ꝛc.

De Iure municip. Prag.

PRæscribitur evictioni ratione rei immobilis intra annum & diem, hoc est, 6. septimanas. G. 47. Der Verkauffer eines Statt-Grundes / soll den Kauffer Jahr

und

vnd Tag aller Anspruch freyen / vnd vertretten; deßgleichen die Verhafftungen von Grund vnd Boden abführen / ihm denselben befreyen / auch die hierdurch auffgeloffene Schäden zu erstatten schuldig seyn.

Notandum hic, triplicem esse evictionem ex Constitutionihus Regijs, nimirum Landgewehr / instrumentariam & fidejussoriam.

DIFFERENTIA XI.

De Iure Communi.

STipulatione simpli emptor simplum consequitur non etiam quod interest, quia non potest contineri sub simplo, ad quod tamen ex empto tenetur venditor ex natura contractûs cui stipulator non renunciavit. Stipulator duplæ consequitur duplum pretij conventi, etiamsi minoris intersit. *L. ex mille. 64. ff. de evict.* Cùm stricto jure ejus tantùm habeatur ratio quod conventum est. *arg. §. alteri Instit. de inutil. stip.* sic interesse in materia hac non excedere duplum veri rei pretij longè verius est per *L. Titius. 43.* cum seqq. *ff. de Act. empti.* & præcipuè *l. unica. Cod. de sent. quæ pro eo quod interest profertur.* Hen. Zoës.

Zoëz. *in h. tit. ff. de evict. num. 6. & 7.* Perez. in *Cod. eod. tit. num. 16.* Et fundo pro parte indiviſa evicto regreſſus datur pro quantitate partis evictæ. *L. 1. ff. d. tit.* ut putà fundus centum jugerum venditus eſt 200. aureis, ſi unum jugerum evictum ſit, æſtimabitur duobus aureis, quoniam ſingula jugera intelliguntur binis aureis vendita. *L. 69. §. ult. ff. de evict.* At ſi pro diviſo pars fundi evicta ſit, ut puta certus locus, habetur ratio qualitatis, quia pars evicta fortaſſe eſt fructuoſior vel pretioſior, vel minus fructuoſa quàm aliæ partes. *d. L. 1.* ubi regreſſus emptori datur pro loci bonitate, ad quem conſequendum, utriusque partis tam evictæ quàm non evictæ ſeparatim æſtimanda bonitas, quæ tempore contractûs fuit, non qualis eſt tempore evictionis. *d.* Perez. *num. 18.* citans Duarenum ad *L. 10. & 16. d. tit.* Pacium *de empt. & vendit. num. 263.* Vide Nicol. Burgundum olim Profeſſorem Ingolſtadienſem, *de evict.*

De Iure Bohem:

LOngè aliter ſe res habet, ibidem enim quando unus alteri fundum, ſive bonum ſuum hæreditarium vendit, ſi in contractu

JN Königl. Declarat. Novell. Aa. 24. distinguitur, aut enim quis in primo capite criminis læſæ Majeſtatis ſe fecit rebellionis participem, quæ multis communis, & vi armatâ & manu militari ea reſtringenda erat, tunc præter bona allodialia ſimul fidei commiſſaria & feudalia indiſtinctè in fiſcum cadunt; ſin verò actum committeret, qui quidem in primum caput criminis læſæ Majeſtatis incurreret, ſed tamen armatâ & potenti manu pro ejus exſtinctione non indigeret, tunc Regius Fiſcus tantùm quoad vivit perduellis bonorum fideicommiſſorum & feudalium uſumfructũ habet. Vers. Setzen vnd ordnen dieſem nach / wann einer auß Vnſern Inwohnern vnd Vnderthanen wider Vns als König zu Böheimb / Vnſere Erben/nachkommende Könige / oder Vnſern Königl. Stand oder den ſtatum publicum, vnd alſo in primo capite criminis læſæ Majeſtatis ſich in einer ſolchen Rebellion theilhafftig machen thäte / welche vielen gemein / vnd durch Kriegsmacht gedempfet vnd beſtritten werden müſte/ daß in ſolchem fall NB. neben des delinquenten allodial-Güttern zu gleich die

possidirte fideicomiss vnd Lehn-Gütter / sie seyen gleich für einen Stammen allein / oder gantze Familien gewidmet / ohn Vnterscheid dem Königl. Fisco verwircket vnd verfallen seyn sollen / da aber jemand sich in einer solchen Sach vergriffe / welche zwar in das primum caput læsæ Majestatis hinein lieffe / jedoch darbey kostbahren Kriegszwang nicht bedörffte / so solle der Königl. Fiscus allein den usumfructum der von den delinquenten besessenen fideicommiss vnd Lehn-Gütter so lang geniessen vnd behalten / als lang der delinquent in leben ist.

DIFFERENTIA III.

CRiminalis pœna adulterij jure divino est in utroque sexu mors, & quidem genus mortis lapidatio. *Exod. 20. Levit. 20. & 22. Deut. 22. Ezech. 16. & 18. Ioan. 8. Daniel. 13.*

Iure Civili ex lege Iulia itidem in utroque sexu gladius. *§. item lex 5. instit. de publ. judic.* & Constant. in *l. quamvis. 30. §. Sacrilegos autem. Cod. h. tit. l. transigere 18. Cod. de transact.* P. H. O. *art 120.* §. So ein Ehemann / 2c. At licet Novella Iustin. Sanctio in *Auth. sed hodie. eod. tit.* Novell.

vell. 134. *cap. Si quando. 10. vers.* adulteram verò mulierem, fœminis capitalem pœnam remiserit, ut verberatæ in Monasterium detrudantur, unde eam marito intra biennium recipere liceat. *d. Auth. sed hodie. Cod. h. tit.* d. Novell. 134. quod & jure Canonico receptum esse putat Vallens. in suis paratitlis. *h. tit. n. 2. fund. cap. gaudeamus.* Substantiámque hoc casu distribui certo casu ac ordine inter descendentes, ascendentes & Monasterium, & dotem innocenti conjugi salvari, d. Novell. cap. 10. tamen sicut in criminali constitutione Caroli V. art. 120. §. Derselbe Ehebrecher zu sambt der Ehebrecherin/ rc. Ita Iure municipali Pragensi in den Statt-Rechten M. 29. indistinctè adulterium capitis pœnâ punitur. Ehebruch ist ein befleckung vnd verunreinung eines frembden Bettes/ dessen Straff ist Halsverliehrung/ moribus tamen hodiernis nonnunquam mitiùs punitur.

De Iure Civili.

PAtri permissum est deprehensam in adulterio filiam, unà cum adultero impunè occidere. *l. Pater 20. & 22. §. 2. & l. 23. ff. ad l. Iuliam de adulter. coërc.* Marito

verò adulterum & uxorem impunè occidere non permissum est. *d. l. 22. in fine. l. 4. Cod. h. tit. l. si adulterium 38. §. Imperator. ff. eod. tit.*

Iure municipali Pragensi Statt-Recht M. 39. quoque indistinctè id permissum est. So ein Mann sein Weib/oder ein Vatter sein Tochter in Ehebrüchiger That begrieffe / mag er sie beyde vmbbringen/ mores autem hodierni sequuntur Ius Canonicum, quod propter detrimentum animæ ejus, qui in tali statu occiditur, cùm longè præponderet injuriæ Patris aut Matris. *Can. inter hæc. & Can. si quod. 38. q. 2.* talem actum neutiquam permittit, multò minùs approbat.

De Iure Civili.

POlygamia infamiâ notatur. *l. 1. in fine ff. de his qui notantur infam. l. 2. Cod. de incest. nupt. l. eum qui. 18. Cod. ad legem Iul. de adult.*

Iure municipali Pragensi Statt-Recht *M. 40.*

POlygamia ex parte viri & mulieris est pœna capitis, vel etiam mulier viva nonnunquam sepelitur. So ein Mann noch

ein lebend Eheweib hat / vnd nimbt eine andere / der soll enthauptet werden: deßgleichen ein Weib / so noch ein lebenden Ehemann hat / vnd nimbt einen andern / soll auch enthauptet / oder lebend begraben werden.

DIFFERENTIA IV.

POena ſtupri Iure divino eſt, ut ſtuprator teneatur defloratam & dotare & uxorem ducere, *Exod. 22. verſ. 16. Deut. 22. vers. 29.* Iure Canon. *Cap. ſi ſeduxerit. 1. ✠ de adulterio & ſtup.* Quòd ſi renuit ſtuprator ducere deintegratam, caſtigatus, excommunicatúsque in monaſterium ad agendam perpetuam pœnitentiam detruditur. *cap. pervenit. 2. ✠ de adulter. & ſtupr.*

Iure Civili

HOneſti ſtupratoris dimidia bonorum pars publicatur, humilis corpore coêrcitus relegatur. *§. item lex. 4. inſtit. de pub. jud.*

De Iure Bohem:

QUod hac in parte à Iure Civili differt, & convenit cum Iure divino, pœna

ſtupri quoque eſt, ut ſtuprator teneatur defloratam in uxorem ducere. Statt Recht M. 43. vers. Iſt er noch ein ledige Perſon / ſoll er ſie zur Ehe nehmen.

De Iure Communi.

QUi ſtuprare Virginem immaturam conantur arbitrariè, humiliores deportatione, honeſtiores exilio ſive relegatione puniuntur. *l. ſi quis aliquid. 38. §. qui nondum. ff. de pœnis.* P. H. O. art. 191. §. So jemand einer unverleimbten/ ꝛc. vers. So ſich aber einer ſolches ꝛc. Farinac. q. 147. n. 29. & 47. ſubſecutâ defloratione pœna mortis eſt imponenda. *l. 1. §. qui puero. 2. ff. de extraord. crim.* P. H. O art. 119. §. So jemand einer unverleimbten / ibi einen Rauber gleich von leben zum tod.

De Iure Bohem:

HUjus pœna rota eſt, vel ad minimùm capitis amiſſio. Statt-Recht M. 34. So jemand ein Jungfräwlein oder Mägdlein ſo noch in ihren Kindiſchen Jahren / beflecket vnd zum fall brächte/ ſoll gerädert / oder zum wenigſten geköpffet werden.

Diffe-

DIFFERENTIA V.

LEx Civilis raptorem puellæ vel mulieris honestæ sive nuptæ sive innuptæ, & maximè si Deo fuerint dedicatæ Virgines vel Viduæ, ultore ferro, id est capitis supplicio persequitur cum bonorum ademptione, quæ addicantur raptæ vel alijs juxta ordinem. *L. unic. Cod. de raptu Virgin.* Novell. 143. *de raptis mulieribus.* & Novell. 150. *de ea quæ raptori suo nubit.* P. H. O. *art. 118.* §. So einer jemands sein Eheweib / ibi vnd soll der Thäter nach Satzung Vnserer Vorfahrer vnd Vnserer Kayserl. Rechten daran gestrafft / etc.

Iure municipali Pragensi
Statt-Recht *M. 31.*

IN honestioribus pœna est capitis supplicium, in alijs minùs honestis rota. So jemand eine Ehrliche Jungfraw oder Wittib mit gewalt grieffe sie gefangen wegführete / vnd nachmahls nothzoge / der soll mit dem Schwerd gestrafft werden / ist er aber eine gemeine leichtfertige Person / so soll er ins Rad geflochten werden.

Insuper Iure Civili interdicitur matrimonium inter raptorem & raptam. *d. L. unicâ.* Sicut & olim Iure Pontificio. *Can. placuit. Can. de puellis 36. q. 2.* Hodie tamen raptor raptam habere uxorem non prohibetur. *cap. ult.* ✕ *de rapt. & incend. &c.* dummodo rapta à raptore separata, & in loco tuto ac libero constituta, extra potestatem raptoris, liberè dein consentiat in matrimonium. Concil. Trid. sess. 24. cap. 6. *de reformat. matrim.*

Iure Bohem, municip. Prag. Statt-Recht *M. 36.*

PErmissum est violentè stupratæ ducere stupratorem, quod tamen expressum non est de raptore, nisi ob eorundem conjunctionem factam. in Iure munic. M. 31. *quis idem inferre vellet:*

Unde & alia differentia, & quidem hæc erui potest, quòd Iure Civili indistinctè violentum stuprum pœnâ *L. Iul. de vi publ.* coërceatur. *L. 3. §. præterea. ff. ad L. Iul. de vi publ.*

Iure municipali verò, si ducere velit, tantùm incarceratur, M. 36. in verbis: Doch soll der Nothzöger mit Gefängnus darumb-

umb gestrafft werden. Sed liberi ex tali matrimonio pro honestis habendi. So ein Jungfraw oder Fraw ihren Nothzöger zur Ehe nehmen wolte / soll ihr solches vergünstiget werden / doch soll der Nothzöger mit Gefängnus darumb gestrafft werden / ihre Kinder aber / so sie nachmals in solcher Ehe mit einander zeugen möchten / sollen für ehrlich gehalten werden.

Pertinet huc & incestus, qui committitur inter personas sanguine junctas in gradu prohibito, quod eò gravius est quò committitur inter proximiores, veluti inter patrem & filiam, matrem, filium, socrum, generum, & similes personas, Menoch. *de arbitr. Iud. casu 502.* qualem conjunctionem Apostolus vocat gentibus inauditam, unde & Iure gentium prohibita dicitur, alia conjunctio prohibita est jure humano, qualis invenitur inter cognatos & affines laterales, pœna hujus criminis extra figuram matrimonij aliquibus est mortis, quæ pœna est proposita adulterio, quò gravior incestus, *L. si adulterium. 38. §. nonnunquam ff. ad L. Iuliam de adulter.* quæ pæna procedit in crimine isto contra Ius gentium commisso. *d. L. 38. §. quare mulier.* Si contra Ius humanum factus sit

inces-

incestus, imponenda pœna arbitrio Iudicis pro circumstantiarum gravitate. Clarus §. *Incestus.* Zoës. *ad L. Iuliam. ff. de adult. num. 65.*

Iure municipali Pragensi Statt-Recht *N. 1.*

INcestus sinè prædicta distinctione severiùs quàm adulterium punitur.

Incestus Blutschand / oder vnordentliche Vermischung beyder Geschlechts Personen / so einander mit Blut-Freundschafft oder Schwägerschafft verwandt vnd zugethan / als wann ein Blut das andere berühret / wird schwärer gestrafft dann der Ehebruch.

DIFFERENTIA VI.

CRimen illiciti coitûs administrum est lenocinium, quod à Iustiniano castitatis furtum & latrocinium dicitur. Novell. 14. §. 1.

In decernendis huic crimini pœnis tres gradus asservandi sunt.

Primò, cùm quis uxori suæ, filiæve, vel ancillæ necessitatem peccandi imponit. Hic leno, patriam in filias, dominicam in ancil-

ancillas potestatem amittit, & humilior coërcitus metalli & exilij damnatur; honestior bona, item militiam & dignitatem amittit, *L. lenones 6. l. 7. Cod. de spectac. & scer. & lenonibus lib. 11.* Sed novissimo Iure hujus lenocinij sicut & omnium cæterorum pœna est infamia, *l. 1. l. 4. §. 2. ff. de his qui not. infam. l. infamem. 7. ff. de publ. jud.* P. H. O. *art. 122.* §. So jemands sein Eheweib / ibi der ist Ehrloß & ultimum supplicium. Novell. 14. §. 1. P. H. Ord. d. art. ibi 122. Der ist Ehrloß vnd soll nach Vermögen gemeiner Rechten gestrafft werden.

Alter lenocinij gradus est, cùm quis extraneas fæminas invitat ad peccandi necessitatem, nutrit fornicationis sibi deferentes quæstum. Hic leno comprehensus novissima sustinet supplicia, d. Novell. 14. §. 1. vers. Præconizamus. P. H. O art. 123. §. Nach dem zum öfftermal die vnverständige Weibsbilder / ibi sollen nach gelegenheit der Verhandlung vnd rath der Rechtsverständigen / etc.

Tertius lenocinij gradus est, cúm quis meretrices ultrò meretriciam vitam eligentes, in quibus nempe propter vitæ vilitatem turpitudo legibus non vindicatur,

tur, §. 5. ibi Virginem & Viduam honestè viventem. *Instit. de pub. jud. l. 13. §. 2.* ibi *quæ vulgaris.* & ibi *impunè ff. ad L. Iul. de adult. l. 22. l. 29. Cod. eod.* P. H. O. *art. 123.* §. Nach dem zum öfftermal / ibi vnd zu vor / libidinosis viris producit, & hoc lenocinij genus non est minùs prohibitum, quàm duo superiora. Novell. 14. §. 1 ibi, *nulli fiduciam esse poscere meretricem, &c.* & sicut priora duo genera, ita & hoc infamat. *d. l. 4. §. 2. ff. de his qui not. infam.*

De Iure municipali Prag.

Statt-Recht *N. 2.*

LEnocinium ultimo supplicio punitur. Lenocinium wurde jemands beydes Geschlechts herinnen ergriffen vnd befunden / daß ein Jungfraw / Wittib / oder Eheweib verkoppelte / oder jemand zuführete / daß sie sich an ihrer Ehren vnd Redligkeit vergessen thäte / der soll am leben gestrafft werden.

DIFFERENTIA VII.

De Iure Communi.

VArijs modis publica vis committitur, uti arma domi habendo, aut in villa, præ-

præter usum venationis aut itineris, *L. 1. ff. ad L. Iul. de vi pub.* seditionis faciendæ causâ, consilium inire, servos aut liberos homines in armis habere, convocatâ seditione villas expugnare, *l. 3. ff. d. tit.* & cum telis & armis bona rapere, dolo malo impedire, quò minùs tutè exercitia exerceantur à Iudicibus, aut ut oportet judicetur. *L. qui dolo. 10 ff. d. tit.* Hominibus armatis possessionem domo, agróve aut navi suâ deijcere, expugnare concursu, & similia de quibus toto tit. *ff. & Cod. ad L. Iul. de vi pub.* ubi in accusationem hujus vis incidit, quicunque vel personæ alicui vim fecerit, *L. 5. 6. 8. ff. de vi pub. L. 2. 4. ff. de vi priv.* vel bona alicujus rapuerit vel invaserit, sive mobilia, *§. 1. inst. de vi bon. raptor. L. si quis in tantam. Cod. unde vi. L. 3. §. 2. ff. ad L. Iul. de vi pub. L. 3. in fin. ff. ad L. Iul. de vi privat.* sive immobilia, veluti si quis domum, vel aream, vel agrum per vim ingressus fuerit, *L. 1. §. 3. 4. ff. de vi & vi armata. L. 1. 2. ff. ad l. Iul. de vi pub.* vel si quis non sinat possidentem uti re suâ, arbitrio suo, sive inferendo, sive fodiendo, sive arando, *L. vim facit. 11. ff. de vi & vi armata.* Sive res incorporales, si vel juris-

dictio-

dictionem, vel alia Iura per vim occupet, Wesenb. *parat. num. 9. h. tit.* Pœna ex *L. Iulia* est aquæ & ignis interdictio, *d. l. 10.* Wesenb. *eod. tit. num. 4.* Menoch. *l. 2. arbit. Iud. Cas. 394. num. 16.* in cujus locum successit deportatio, *l. 3. ff. ad l. Iul. peculatus. §. 8. inst. de pub. jud. l. 7. Cod. ad l. Iul. de vi pub.* & simul etiam bona sua amittit, *l. 3. ff. ad l. Iul. pec.* hodie tamẽ non amplius. *Auth. bona dam. Cod. de bon. dam.* sed cædes si contigerit, ultimo supplicio afficitur is qui vim fecit, & si non occiderit, quia causam mortis præbuit, *l. 6. ff. h. tit.* sicut & ij qui villas & ædes alienas expilaverunt, effregerunt & expugnârunt, siquidem in turba cum telo fuerint, *l. penult. ff. ad l. Iul. de vi pub.* & qui armatos homines secum habuerint per Civitatem, *l. 6. Cod. eod. tit.* Menoch. *d. loco.*

De Iure Regio, Lands-Ord. S. 5. §. 1. Statt-Recht N. 3. vis publica his actibus committitur: Als nemblich wann einer mit gewalt vnd gewapffneter Hand eines andern Schloß/ Sitz/ Stätt/ Marckt / es seyen Erb-Höff / Lehn oder Pfandt-Gütter / so derselbe beseß vnd in possession hätte / einnimbt / oder so einer den andern mit/ oder ohne absag / mit gewalt/

gewalt/ vnd dieser Lands-Ordn zu wider / als ein Feind gefangen nehme/ oder wann einer im Land offentlich mit Brand vnd Fewer schaden thäte/ ꝛc. hoc est si nimirum aliquis vi & manu armatâ, alterius arcem, sedem, civitatem occupat, sive sint allodialia, sive feudalia, sive bona hypothecata quæ possident, vel si quis alterum sinè diffidatione tanquam hostem caperet, vel si in Regno igne & incendio grassaretur, pœna ejus est ultimum supplicium & bonorum confiscatio, Iure Regio, Lands-Ord. S. 5. Ein jeder so eine offentliche gewalt begehen wurde / oder ein offentlicher Absager wär / soll sein Leib vnd Ehr verliehren / vnd sein Gut soll auff Vns als König zu Böheimb fallen. Idem fusè Iure munic. Statt-Recht N. 3.

DIFFERENTIA VIII.

Diffidationes, Befehdungen / Absagungen/ regulariter de Iure sunt prohibitæ. Hieronymus Schurff/ Ludovicus Gilhausen in sua arbore jud. crim. cap. 2. tit. de diffidationibus & pro specie fractæ pacis publicæ habendæ. Gilhausen *d. loco*. & ideo olim diffidatores pœnâ pacis publicæ tenebantur, & ipso jure in bannum imperiale incidebant. Reichs Abscheid zu Worms

V Caro-

Caroli V. An. 1521. tit: Die Pein aller Fried-brecher/ ꝛc. post princ. Item zu Augspurg / Anno 1548. post princ. §. Ferner zu nach-mehr beständiger Erhaltung / ꝛc. fol. 319. Item Landfride / sub eodem Carolo V. zu Augspurg. An. 1548. tit: die Pein der Fried-brecher/ ꝛc. Hodie verò pœnâ gladij tanquam pacis publicæ violatores puniuntur. Reichs Abscheid zu Augspurg sub Imp. Ferdinando primo, ante med. §. Solches alles abzustehen/ ꝛc. vers. Im fall aber / & §. Wir setzen/ ordnen / statuiren/ ꝛc. vers. Wo sie in Gefängnuß kommen/ sollen mit dem Schwerd. Cammer Gerichts Ordn. p. 2. tit. 14. sub fine P. H. O. Caroli V. art. 128. in medio. vers. Sollen mit dem Schwerd/ ꝛc. & art. 129.

De Iure Bohemico Regio Lands-Ordn. *S. 2.*

COmmittitur in his casibus: So etwan ein Innwohner dieses Königreichs Böheimb/ auß welchen Stand derselbe auch wäre/ einen andern auff Leib vnd Leben/ auch auff Haab vnd Gutt offentlich absagen / vnd auff die Absag desselben gefangen nehmen/ oder ihm sein Gutt/ was gestalt es wäre/ entziehen wurde/ hoc est, si incola Regni Bohemiæ cujus-

cun-

cunque conditionis ille ſit, vitæ alterius vel bonis diffidaret, ſive diffidando inſidias ſtrueret, & poſtea vel eum caperet, vel bona ejus quocunque modo occuparet. Idem habet Ius municipale, N. 3. §. Deß-gleichen wann er jemand abſagete/ ꝛc. & ubique pœna eſt capitis, honoris & bonorum amiſſio. d. Lands-Ordn. S. 5. Iure munic. N. 3. vers. Der ſoll Leib/ Ehr vnd Gutt der Königl. Majeſt. verfallen haben/ ꝛc.

DIFFERENTIA IX.

De Iure Communi.

VIm privatam plerumque committere ſolent, qui debitoris res propriâ authoritate occupant. *l, fin. ff, ad l. Iul. de vi privat. l. 1. l. ſi quis. 7. Cod. ad l. Iul. de vi pub. & priv. l. extat. 13. ff. quod metûs causâ.* Sich. ad *l. creditores. 7. Cod. de pignorib. & hypoth.* & qui vim inferunt nautis in naufragijs, ipſorúmque bona furtim auferunt, *l. 1. §. 1. ff. ad l. Iul. de vi priv. & ſi quis. 5. ff. ad l. Iul. de vi pri. l. in poſſeſſionem. 5. Cod. eod. tit.* & ſi quis alterius filiam vel ſponſam vi detinet, *l. 3. Cod. ad l. Iul. de vi priv.* ſed & alijs pluribus modis vis privata fit,

toties enim etiam in legem hanc violatorem incidisse dicitur, quoties vis illata est sinè armis, nec requiritur ut dejectus vel vi possessus vulneratus, vel alio modo graviter affectus sit, *l. 7. ff. ad l. Iul. de vi priv.*

Pœna autem hujus delicti est relegatio vel deportatio, *l. 6. Cod. ad l. Iul. de vi priv.* nisi quis à vim inferente occisus, seu ut loquitur textus, interemptus fuerit, tunc enim capitale supplicium in eum exercetur, *d. L.* & tertiæ partis bonorum publicatio cum infamia, inde fit ut omni officio atque dignitate privetur, impostерum etiam habeatur inhabilis atque indignus quolibet administrando officio atque honore, *l. 1. l. fin. ff. ad l. Iul. de vi priv. l. 2. Cod. eod. tit. §. 8. inst. de pub. jud.* Treut. *volum. post disp. 32. thes. 4.*

De Iure Bohemico

Lands-Ord. S. 15.

Hi actus incurrunt vim privatam:

PRimò, Wann einer dem andern seinen Teich oder Weiher in dessen possess vnd Besitz er nicht ist/ sie seynd gleich Erblich Lehn oder Pfandschilling abgrube.

Se-

Secundò, Wann jemand eines andern Leuthe gefangen nehme / dieselbe schatzte / vnd ohne außlösung oder erlegung nicht ledig lassen wolte.

Tertiò, So einer auff den andern in einem halt stunde / oder auff ihn lawerte / vnd ihn gefangen nehmen / oder sonst einen Schaden zufügen / oder gar ermorden wolte / wie auch / wann einer muttwilliger weiß auff den andern zugieng oder ritte / in meinung denselben vmbzubringen / vnd ihn darüber beschädigte / vnd solches auff ihn / wie zu recht genugsamb erwiesen / vnd von dem Richter also befunden wurde.

Quartò, Wann einer dem andern drohete / daß er ihn schlagen / oder sich an ihm rechnen wolte / vnd der jenige / zu dem er solches geredet / ihn durch zwo wol verhaltene Personen / auß welchen Stand sie auch wären / beschicken vnd befragen liesse / ob er bekennete vnd gestunde / daß er ihm abgesagt hätte / vnd er sich darzu bekennete / hoc est, cùm quis ex alterius piscina, in cujus possessione non est, aquam subducit.

Secundò, cùm quis alterius homines capit, eósque absque certo pretio dimittere nolit.

Tertiò, cùm quis alteri insidiatur, animo eum capiendi, nocendi, vel etiam penitus occidendi, vel alium invadit animo occidendi, & læsio sequatur.

Quartò, cùm quis alteri verbera vel vindictam minatur.

Vis privatæ autem pœna est confiscatio tertiæ partis bonorum, & interdum pro qualitate delicti ultimum supplicium. Lands-Ordn S. 16.

Wann nun einer / wer der auch wäre / dergleichen Macht oder Gewalt / wie oben erzehlt / vnd in denen angeregten Articuln begriffen ist / beginge / so soll derselbe vmb das dritte Theil seines Vermögens / oder auch wol nach gelegenheit der Vmbstände / am Leib vnd Leben gestrafft werden. d. Lands-Ord. S. 16.

Notandum etiam, quòd prædicti sub vi privata enumerati actus de Iure munic. Prag. N. 3. sub publica vi, & sequentes tantùm sub vi privata contineantur.

1. So jemand mit gewapfneter Hand an ein Hauß ein Einlauff thäte / die Thür auffstiesse / vnd jemand verschlossenen mit gewalt in seinem Gewahrsam vberfiele / den Wirt oder sein Gesinde schluge / vnd seinen muthwill an ihnen külete / deren ein jeder / ob schon niemand von solchem schlagen stürbe / soll samb seinem

nem Gehülffen am Leben gestrafft werden. N. 11. hoc est, si quis armatâ manu ædes alterius vel portas effringeret, & aliquem ibidem inclusum invaderet, hospitem vel ejus familiam verberaret, eorum quivis, etsi nullus ex ejusmodi verberibus moreretur, cum socijs ultimo supplicio afficitur.

2. Deßgleichen auch der / so einem flihenden oder lauffenden mit gewapfneter Hand nachlieffe / vnd der flihende erreichte etwan ein Hauß / lieff hinein vnd schliesse die Thür zu hinter ihm / dieser aber steche mit seiner Wehr hin / oder vnder die Thür / soll er für einen Gewaltsamen Einlauff- oder Friedbrecher gehalten werden / vnd den Koff verliehren. Statt-Recht N. 12. hoc est, si quis fugientem armatâ manu sequeretur, & fugiens ad domum quandam se salvaret, ostiúmque occluderet, persecutor autem in, vel sub ostio gladio pungeret, caput amittit.

DIFFERENTIA X.

IUre Civili pœna homicidij olim fuit insulæ deportatio, & ademptio omniũ bonorum. Hodie pœna capitalis ut videre est, *l. 3. §. 5. ff. ad l. Corn. l. penult. eod. tit.* item lex Cornelia, *Inst. de pub. Iud.* idem obti-

net Iure municipali Pragensi N. 31. §. Soll er enthaubtet werden. Item §. 3. idem P. H. O. art. 13.

De Iure verò Canonico pœna est excommunicatio, *Can. Itaque 24. q. 3.* & depositio ab ordine quocunque si sit Clericus, & post depositionem detrusio in carcerem utique ad tempus, veluti quinquennium vel sexennium, *Cap. Sicut dignum* ✠ *de homicidio.* insuper homicida voluntarius privandus est beneficijs suis, *Cap. 1. & 2.* ✠ *de Cler. pugnant. in duello.* & quidem per sententiam, quia non privatur ipso Iure ut communiter DD. post Fœlinum 1. in *Cap. Inquisitionis.* ✠ *de accusat.* sentiunt, adeò ut licet fuerit tota sententia condemnatoria de homicidio, si in ea non fiat mentio privationis expressim, non censeatur adhuc privatus, quia præsumi posset Episcopum voluisse cum eo dispensare in retentione beneficij.

Etiam Ius Bohemicum Königl. Lands-Ordn. T. 10. à pœna Iuris Civilis non recedere videtur, prout patet ex his formalibus: Wann auch einziges statutum verhanden / so auff einen muthwilligen Todschlag eine blosse Geldstraff setzte / solches / weil es denen

Gött-

Göttlichen Rechten zuwider / soll hiemit gäntzlich auffgehoben vnd cassirt seyn. Item T. 21. Wo es sich aber begebe / daß der Todschlag fürsetzlicher weise geschehen / vnd also sich bey der Erkandtnuß befinde / daß der Todschläger derowegen an Leib vnd Leben zu straffen wäre / so werden Vnsere Rechts Beysitzere in versprechen darob seyn / damit das vnschuldige Blut nicht vngerochen bleibe / sondern was recht / ergehen möge. Idem obtinet Iure municip. Prag. N. 31. Soll er enthaubtet werden. Item N. 39. aliisque Iuris textibus. Praxis tamen nonnunquam quo ad altiores status ab hac pœna recedit.

DIFFERENTIA XI.

DE Iure Communi admittitur fidejussio in omni obligatione, etiam criminali, quatenus civiliter agitur, nam ad corporalem pœnam nemo pro alio rectè se obligat, *Can. non sit membror. tuor. Dominus. l. si quis 56. in fin. ff. de fid. l. liber. 13. ff. ad l. Aquil.* ideoque carceratus minimè fidejussoribus relaxatur, textus est in *l. divus. ff. de custodia reor. prosper.* Farin. *de carceribus & carceratis. q. 33.* & quàm plurimi ab eo citati Authores.

De Jure Bohem.

LandsOrd. T 1.

ALiter obtinet quod apparet in homicidio, ubi illustris vel nobilis persona aliquem occidens, & in flagranti crimine deprehensus, si immobilia possideat, & aliàs laudatæ vitæ, & nihil mali de eo auditum fuerit, id etiam ijs, in quorum fundo homicidium commissum constaret: tunc in Regijs Civitatibus Iudex Regius aut Primas, in alijs locis eorum Dominus vel locumtenentes eum ad se sistendum in arce Regia coram supremo Burggravio, aut in absentia ejus coram supremo Regni Præfecto, aut in ejus etiam absentia coram proximo in officio substituto Officiali sub fide & honore obligatur & adstringitur, id est; Wurde etwan eine Herrn oder Ritterstands Person/ auff was Gründen es auch wäre / jemanden todschlagen / vnd der Thäter auff Handhaffter That vnd im Werck ergriffen / so soll in Unsern Königl Stätten / Unser Königl. Richter oder Primas / auff andern Gründen aber der Grund-Herr oder Verwalter derselben Gründen den Thäter (doch im fall es eine wol verhaltene vnd wol angesessene Per-

Person / von welcher zuvor nichts vbels oder verdächtiges gehört worde / solches auch denen / auff derer Grund der Mord begangen / selbst bewust / vnd also keine vermuttung wieder jhn wär auff Trew vnd Ehr verstricken / ꝛc. Idem vers. seq. So mag man jhn von newen auff seine Ehr / Trew vnd Glauben verstricken / oder gegen einen gewissen Pfand oder genugsamber Burgschafft loß lassen / der gestalt daß er wegen des begangenen Todschlags so bald vnd offt als es begehrt wurde / zu Recht sich stellen / ꝛc.

Idem statuitur Iure municipali Prag. Statt Recht N. 40. Ein Todschläger so bey der That ergriffen wurde / soll nothtörfftig zum rechten versichert werden / vnd so er eine wolgehaltene vnd gesessene Person ist / soll er auff Trew vnd Ehr / oder auff Bürgen vnder einer gewissen Summa außgegeben werden. Idem Statt-Recht N. 40. Ein außgeburgter auff ein Widergestehen / es seye gleich eines Mords oder Todschlags / oder einer andern bösen That halben / ꝛc.

De Iure Civili publicis edictis citatur reus criminis, ut veniat innocentiam suam purgaturus. *l. 1. 2. ff. de requirendis vel absentibus damnandis.*

De Iure Bohemico non edictis publicis reus criminis v. g. homicidij, sed ad instantiam amicorum occisi, vel ex officio à supremo Burggravio, aut supremo Præfecto aut alio proximo Regni Officiali, quàm primùm de tali homicidio aliquid auditur, ordinariâ citatione requiritur, ut se post accusationem sibi traditam coram majori Regio Iudicio, si illud eo tempore celebretur, vel in Cancellaria Bohemica Aulica se sistat, Königl Lands-Ord. T. 2. vers. Im fall man auch einen solchen/ der flichtigen Fuß gesetzt/ in der nachfolge nicht bekommen könte/ so soll auff Anbringen des Abgeleibten Befreunden/ oder dessen/ welchen sonst die Sach angieng/ oder auff dem fall sich niemand vor einen Kläger angegeben/ ex officio vnd von Ambts wegen der Obriste Burggraff zu Prag/ oder der Obriste Land-Hoffmeister/ oder sonsten der nechste Obriste Land-Officirer/ so bald von einem solchen Todschlag etwas erfahren/ denselben Todschläger beschicken/ daß er sich nach einhändigung solcher Beschickung für Vnser Königl. Land-Recht/ im fall solches derselben Zeit gehalten wurde/ wo aber nicht/ in Vnsere Königl. Böhmische Hoff-Cantzley gestellen soll.

Diffe-

DIFFERENTIA XII.

DE Iure Civili ſi reus intra annum venerit & ſe defenderit, vel etiam mortuus fuerit, bona ſalva ſunt, *l. 1. Cod. de requirendis reis. l. 1. §. ult. ff. eod.*

De Iure Bohem:

ALiter ſe res habet, prout patet in homicidij reo, ubi ſtatim apprehenduntur bona, Lands-Ord. T. 3. Da ſich aber der Thäter nach ſolcher Beſchickung nicht geſtellet/ so ſoll ihm auff Leib vnd Leben nachgeſtanden auch zu ſeinem Gutt gegriffen werden.

DIFFERENTIA XIII.

POſt annum non quidem reijcitur rei defenſio, ſed etſi eam approbaverit, nihilominus facultates ejus penes fiſcum manent in pœnam contumaciæ, *l. 2. Cod. de requirendis reis.*

De Iure Bohem.

REi homicidij tertia pars bonorum occiſi proximis hæredibus, aut ipſis deficientibus, agnatis, ſi accuſationem inſti-

tue-

tuerint, & necem occisi vindicare voluerint, applicatur. Si autem intra 30. dies ab homicidio facto de nece vindicanda se non insinuaverint, tunc accusanti Regio fisco prænominata debetur pars, Königl. Lands-Ordn. T. 3. vers. Es sollen aber des Abgeleibten Erben / oder wo deren keine verhanden / dessen nechste Blutsfreunde / wo sie sich der Klag vnterfangen / vnd ihres Bluts-verwandten Tod rechnen wollen / der dritte Theil desselben Gutts zugeeignet werden / ꝛc. quam partem si rei facultates consistunt in bonis immobilibus, per immissionem à Camerario Tabularum Regni factam acquirit, si verò facultates in mobilibus consistunt, tunc per executoriales Steckbrieff obtinebit.

De Iure municip: Prag.

SI reus post annum & diem, id est, sex septimanas non deprehendatur, tunc idem ferè obtinet. Prag. StattRecht N. 40. §. 3. Wann aber ein Todschläger in Jahr vnd Tag nicht könte angetroffen werden / so soll sein Gutt / so nach abzahlung der Schulden verbleibet / in drey Theil getheilet / vnd desselben zwey Theil den Kindern oder nechsten Bluts-

Blutsfreunden / der dritte aber / dem Sachwaltern des Todschlägers gegeben werden. rc.

DIFFERENTIA XIV.

De Iure Civili.

EOs qui secum alieni criminis reos occultando, eum eámve sociârunt: par ipsos & reos pœna expectat, & latrones quisquis sciens susceperit, & eos offerre Iudicibus supersederit, supplicio corporali aut dispendio facultatum pro qualitate personæ & Iudicis æstimatione plectetur. *l.* 1. *Cod. de his qui. &c.*

De Iure Bohem.

ESt pœna arbitraria, Königl. Lands Ord. T. 5. vers. So soll es bey der Straff / so auff Unsers Land-Rechtens Erkandtnus ergehet/ verbleiben.

DIFFERENTIA XV.

De Iure Civili.

EOs apud quos affinis vel cognatus latro conservatus est, neque absolvendos, neque severè admodum puniendos,

non

non enim par est eorum delictum & eorum qui nihil ad se pertinentes latrones recipiunt, ut I. Consul: Paulus in *l. 2. ff. de receptatoribus* loquitur.

De Jure Bohem.

EIusmodi receptatores consanguineos, si tales reos Iudicibus offerre cùm potuerint, non fecerint, prædicta pœna non manet, modò eos ultra diem & noctem non detinuerint. Königl. Lands-Ordnung T. 7. So viel aber die nechsten Blutsverwandten / als Vatter / Sohn / Brüder oder Vettern anlanget / wann einer zu dem andern in dergleichen fällen käm / rc.

DIFFERENTIA XVI.

PArricida, cæsus sanguineis virgis: caput & os ei obvolvebatur, & tunc culeo, id est sacco coriaceo insutus cum feris animalibus, gallo gallinaceo, cane, vipera & simia, in proximum flumen aut mare proijciebatur. *l. penult. ff. ad l. pomp. de parricid. l. 1. cod. de his qui parentes occiderunt.*

De

De Iure Canonico.

MUlier filium spontè occidens, jubetur in monasterio perpetuo deflere crimen, à viro tamen quem habet non separanda, post cujus mortem non ita nuptijs privatur, quin si evitare carnis stimulos nequeat, nubendi licentiam impetrare possit. *cap. 1.* ⁜ *de his qui filios occiderunt.*

De Iure Bohem.

NIhil hac de re est expressum, & Ius municipale Pragense N. 27. §. 4. etiam tantùm recenset pœnam Iuris Civilis & nihil disponit. De consvetudine verò pœna semper mors est: sed pro qualitate personæ & circumstantiarum modus quo mors infligitur accipitur, ita si filius patrem occidat, nonnunquam rota, si mater, bis vel crebriùs infantem suum occidat, palus.

DIFFERENTIA XVII.

De Iure Civili.

HOmicida qui coactá & necessariam defensionem suo facto præstruere vult, is priùs invasionis ab altero certitudinem per

articulos proponere & probare debet: Primò, quòd ab illo priùs invasus fuerit. Secundò, se in ea invasione adeo fuisse in angustia constitutum, ut sinè summo vitæ suæ periculo, imò nec ullo alio modo potuerit effugere, nisi semet defendendo, & adversarium cædendo. *l. 1. is qui. 2. cod. ad l. Cornel. de sicc.* Damh. *cap. 76. n. 3. & 4.*

De Jure Bohem:

ETsi inveniatur principium rixæ & jurgij ab occiso provenisse, nihilominus juramento se purgare debet, Statt-Recht/ N. 37. vers. Vnd so befunden würde / daß der Anfang solches Kriegs vnd Haders von Entleibten enstehen müssen / soll nichts desto weniger dem Beklagten der Ayd zu erkant werden / quod juramentum ita sonat: Ich N. N. schwere darauff Gott dem Allmächtigen einen Eyd vnd den Heiligen/ daß ich mich nach N. N. vmb N. Vhr am N. Orth / des N. in Gott ruhenden habe wehren müssen / welcher erstlich seine Wehre auff mich außgezogen/ mich an meinen Gesunde verletzen wollen / vnd sich zu mir genöthiget/ derhalben ich mich seines Gewalts vnd Bedrengnuß wehren müssen/ vnd ihn erhawen/ erstochen hab / aber solche

solche That an ihm nicht begangen wegen eines vorgehenden Hasses oder Unwillens / daß ich mich an ihme hätte rechnen wollen / sondern allein darumb und umb dieser einigen Ursach willen / daß ich mich seiner wehren müssen/ dieß ist in der Warheit also / als mir Gott helffe und alle Heiligen. Statt-Recht N. 38.

DIFFERENTIA XVIII.

De Iure Canonico.

SPecialem fœditatis notam habet aſſaſſinium, cujus nunquam meminerunt leges Civiles, ejus tamen mentio fit in *cap. 1. in fin. de homicidio. in 6.* ubi primò sciendum in puncto juris sive de stricto jure, aſſaſſinum non dici Christianum, qui mandato alicujus hominem occidit, sed infidelem, qui acceptâ pecuniâ alicujus hominem Christianum occidere suscepit, communi tamen interpretatione receptum esse ut *d. cap.* etiam extendatur ad Christianos pecuniá corruptos & occidere facientes testatur Farina: *q. 123.* Covarr. *in Clem. si furiosus 2. part. cap. 10. can. 9.*

Idem habet Ius Bohemicum munici-

 pale

pale Pragense, Statt-Recht N. 32. So einer jemanden anführet / vnd ihm Geld gebe / daß er einen andern vmbs Leben bringen solte.

Pœnam hujus assassinij eandem esse, quæ homicidij vult Henr. Zoës. in Commentario suo ad *l. Corn. de sicc.* & in ipsum verò mandantem gravis pœna statuta est per Canones, qui etiam non secutâ morte, hoc ipso incurrit pœnam excommunicationis, depositionis à dignitate, honore, ordine, beneficio, quod alij continuò conferri potest, *d. cap. in fin.* ut pœna sit gravior homicidij pœnâ, quod non privat aliquem ipso facto beneficio. Ratio d. cap. fundatur in facti indignitate, quòd infideli hominum generi, Christiano nomini infestissimo mandetur cædes Chrrstiani, ut eadem pœna non sit habitura locum in Christiano mandante alium occidi per Christianum, quia est minor indignitas, ut non habente locum ratione d. cap. nec habeat locum ejus decisio, quia pœnalis, & non extendenda, ut rectè tradit Covarr. *2. vers. rest. cap. 10. n. 9.*

De Iure Bohem:

Statt-Recht N. 32. pœna ejusmodi mandantis est eadem quæ latronis, ist est rotā.

Diffe-

DIFFERENTIA XIX.

De Iure Canonico & Civili.

HOmicidium caſuale commiſſum ſinè culpa non imputatur, uti, quando occiſor dabat operam rei licitæ vel etiam illicitæ ſecundùm probabiliorem ſententiam, ſi modo utroque caſu ſufficientem diligentiam & cautionem adhibuerit, ne quid inde incommodi ſequeretur, *cap. lator. 9. cap. dilectus 13. cum tribus ſequentibus* ✠ *de homicidio*, quia quæ merè fortuitò accidunt, non imputantur, quandoquidem ſummâ providentiâ prævideri non poſſunt, *cap. ult. d. tit. l. quæ fortuit. 6. Cod. pius actio.* Andr. Vall. in *d. tit. num. 7.* Henricus Zoës. *eod. tit.* in ſuo Comment. ad decret. n. 67. & in Comment. ſuo ad ff. n. 55. Damhaud. *cap. 84. num. 24.*

Ius Boh: municip: Prag.

TAle homicidium videtur punire exilio vel pecuniariâ pœnâ, Statt-Recht N. 45. So jemand nicht vorſetzlich oder mutwillig/ ſondern auß vnglückhafftigen Zufall einen Menſchen tödtete/ ſoll er entweder mit Verweiſung oder Geldbuſſe geſtraffet werden.

DIFFERENTIA XX.

De Iure Communi.

HOmicidium culposum non punitur poenâ mortis, etiam quod latâ culpâ fuerit commissum, quia ubi agitur de poena corporali, culpa lata non æquiparatur dolo, textus est in *l. Corn. in princ. ff. ad l. Cornel. prosp.* Farin. *cap. 21. num. 50.* Iulius Clarus *§. homicid. num. 4.* Damhaud. *cap. 28. num. 2. 3. 4. 5. 6. 7.*

De Iure Boh. munic. Prag.

PUnitur tale homicidium poenâ ordinariâ homicidij, Statt-Recht N. 47. An den Orthen / wo die Leuth stets ohn vnterlaß gehen / als auff den Marckt / in Gassen / vnd vnter den Thoren / so iemand wurff oder schosse / vnd durch solches Werffen oder Schiessen / einen Menschen vmbbrächte vnd tödtete / soll er mit der Straff eines Todschlägers gestraffet werden.

DIFFERENTIA XXI.

De Iure Civili.

MAgiæ & sortilegij sinè ulla differentia sexûs poena est gladij vel ignis, *l. 5. & 6.*

& 6. Codic. de maleficis. Perez. *in Codic. eod. tit. num. 2.* Henricus Zoës. in Comment. ſuo ad *ff. eod. tit. n. 65.* Theodorus Tuldenus in ſuo Cod. *eod. tit. n. 1.* P. H. O. art, 109. So jemand den Leuthen durch Zauberey Schaden oder Nachtheil zufüget / soll man ihm straffen vom Leben zum tod / vnd man soll solche Straff mit dem Fewer thun.

De Iure Canonico.

HOc genus ſortilegij prohibitum eſt ſub pœna excommunicationis. *Can. non liceat. 3.* & *Can. ſortis. 7. Can. 26. q. 5.* Henricus Zoës. in Comment. ad decret. in *tit. de ſortileg. n. 11.* Vallen. *eod. n. 4.*

De Iure Boh. munic. Prag.

MAgia vel ſortilegium gladio vel igne punitur, fæminæ verò vivæ defodiuntur. Statt-Recht O 2. Magia ſive ſortilegium, Zauberey vnd alle andere Hexenwerck werden mit dem Fewer gestrafft / die Weibsbilder aber werden lebendig begraben.

DIFFERENTIA XXII.

De Iure Civili.

PLagij criminis pœna olim fuit pecuniaria, *l. ult. ff. ad l. Fabiam de plagiarijs.* Iure novo gravior esse cœpit, & pro modo admissi plagij extra ordinem coercentur & plerumque in metallum damnantur plagiarij, *l. ult. Cod. h. tit.* Est & eadem lege introducta pœna capitalis in aliquo casu, *l. 1. ff. h. tit.* quam & subit liberos homines aut servos alienos ab Urbe distrahens aut alienans, *l. 7. Cod. ad tit.* viventium filiorum orbitates parentibus infligens, eos distrahendo, servus bestijs subijcitur, ingenuus gladio consumitur, *l. fin. ff. eod. tit.*

Iure verò Divino & Canon.

PLagiarius, qui sciens hominem dolo malo vendit, morte punitur, *cap. 24. vers. 7. Deuteron. cap. 21. vers. 16. cap. 1. X de furt.* Petrus Gregor. Tholos. *Syntag. jur. univers. cap. 31. n. 5. & 6.* Menoch. *lib. 2. arb. jud. 9. Cont. de plag.* quoque cavetur, *Const. de pace pub. tit.* Ob jemand des Friedbrechers heimalichen Zuschub / ibi, Nach dem bey den Alten vnd der Erbarkeit.

De

De Iure Boh, munic. Prag.

PLagiarij pœna est in quatuor partes dissecto, Statt-Recht O. 4. Ein schandliche vnd betrügliche Entführung / Diebstall / vnd Verhaltung der Leuth ist das / wann jemand dem Vatter den Sohn / dem Herrn seine Diener entführet / vnd verhält / dieselben schätzt / verkauffet / oder in frembde Lande verschickt / ihre Straff ist Viertheilung.

De Iure Regio.

NEmini ex Regni statibus vel incolis permissum est alienos subditos sine literis commendatitijs vel dimissorijs, & consensu Domini proprij in famulicium suscipere vel promovere, vel detinere, sed prohibitum sub pœna, si detentor non est subditus 25. si subditus 10. sexagenarum Bohemicarum pro media parte Domino subditi detenti, pro altera media parte subditum manifestanti applicanda, Lands-Ordn. Q. 1. Es soll keiner auß den Ständen vnd Innwohnern Vnsers Erb-Königreichs Böheimb / er sey Geistl: oder Weltlich ein frey vnd Erbsaß oder Lehenmann / wie auch kein Bawer eines frembden Herrn Vnderthan /

ohne Beferderungs-Brieff vnd Bewilligung des Erb-Herrn zu dienen nicht auffnehmen / denselben beherbergen noch auffhalten / bey Pœn vnd Straff 25. ßß. Böhm. wann der so ihn anhältet kein Vnderthan, ist er aber ein Vnderthan, so soll er 10 ßß gr. Böhm. verfallen haben / agendum autem est ad exequendam pœnam apud minus Iudicium provinciale, vel apud Capitaneos districtûs, qui intra sex septimanas negotium hoc dirimere, & relationem ad Burggraviaticum Officium mittere debent, ut ibidem literas executoriales, Steckbrieff contra accusatum obtineat. d. Q. 1. in fin.

DIFFERENTIA XXIII.

De Iure Civili.

CIvilis pœna falsi est præstatio damni & interesse, *l. 25. ff. ad l. Corn. de fals. l. 5. l. 16. Cod. eod. tit.* Farinac. *q. 150. n. 49. 50.* Auth. *lib. 1. cap. 10. de falso*, & quandoque falsi commissio, retractio, *tit. Cod. si ex fals. instrumentis l. penult. Cod de trans. possessionis*, vel alterius Iuris, in quo mendacium commissum, privatio.

Criminalis pœna falsi dolo commissi præ-

præter infamiam, *§. item 6. inst. de pub. judic. l. 21. cod. ad l. corn. de fals. l. 1. §. ult. ff. d. tit.* ut plurimùm est arbitraria. Clarus in *d. §. falsum. num. 4.* Farin. *d. q. 150. num. 2. & seqq.* quandoque mutilatio membri quo falsum est commissum, ut præcisio linguæ, amputatio manûs, digitorum. Clarus *d. §. falsum. num. n. 32.* quandoque pœna talionis. *Deut. cap. 19.* Petrus Greg. Thol. *lib. 36. cap. 4. n. 8. Syntag.* vel mortis, *l. §. ult.* ubi Marsil. *de fals. l. 1. cod. d. tit.* aut deportationis vel relegationis, *l. ult. l. 1. §. ult. de fals.*

Falsi de consvetudine Bohemica in levioribus est pœna pecuniaria, incarceratio aut privata depositio ab officio. Wann man des Diensts beurlaubet/ aliisque similibus modis, in atrocioribus de Iure pœna plerumque infamia & confiscatio bonorum, Königl. Lands-Ordn. L. 8. & 9. Statt-Recht O. 6. imò etiam mors, Statt-Recht O. 5. §. 4. A. 8. 15. B. 27. 55. 75. 57. 90.

DIFFERENTIA XXIV.

De Iure Civili

CIrca obligationes quoque earúmque acquirendarum modos & causas falsum

ſum committitur, ubi & quando quis ſe fingit alterius creditorem, alterúmque ſuum debitorem, *l. 15. §. 33. l. 19. 20. 13. §. 3. ff. de injur. prosper.* Farin. *q. 50. p. 3.* Alth. *cap. 1641. num. 50.* Singraphas aliáque inſtrumenta obligatoria fabricando, etiamſi eis non uſus fuerit, ordinariâ pœnâ punitur, *l. Corn. qui falſos. 8. cod. ad l. Corn. de fals.* Luldovicus Gilhauſen in arb. Crim. cap. 2. tit. 26. de falſo n. 18.

Ex Conſtitutione verò Caroli V. P. H. O. art. 112. pœnam falſi in ſcriptis, & ſigillis commiſſam arbitrariam eſſe conſtat, welche falſche Siegel / Brieff / inſtrument, Vrpheide / Rent: oder Zinßbücher oder Regiſter machen / dieſelben ſollen an Leib vnd Leben nach dem die Fälſchung viel oder wenig bößhafftig vnd ſchädlich geſchicht / nach rath der Verſtändigen / als zu End dieſer Ordnung vermeldet / Peinlich geſtraffet werden.

De Iure Bohem:

IS qui ratione obligationis aut Syngraphæ à ſe falsè factæ accuſatus & convictus eſt, præter confiſcationem bonorum, pro qualitate circumſtantiarum, pœnam capitalem & ultimum ſupplicium patitur.

Köni-

Königl. Lands-Ordn. L. 8. So einer wegen eines falschen gemachten Schuldbrieffs angeklaget vnd vberwiesen wår / soll er nach befindung der Vmbstånden / neben confiscation der Gütter an Leib vnd Leben gestrafft werden.

DIFFERENTIA XXV.

De Iure Civili.

QUi sciens & dolo malo ejusmodi falsis ab alio fabricatis instrumentis utitur, in pœnam *l. Corn.* ordinariam non incidit, sed mitiùs & extra ordinem punitur. *l. 1. & l. falsi. 13. §. 1. ff. ad l. Corn. de fals.* Menoch. *de arb. jud. q. lib. 2. Cas. 315. num. 2. & seqq.* Gilh. *d. loc.* Alth. *d. loco n. 90.*

De Iure Bohem:

IS qui sciens falsam aut jam exsolutam obligationem per Dobrá Wůle / hoc est bonâ voluntate alterius sibi compararet, & vigore istius falsæ obligationis vel alterius instrumento in judicio actionem institueret, eodem modo incurrit confiscationem bonorum & capitalem pœnam, Königl. Lands-Ordn. L. 9. Wann einer einen falschen oder außgelösten Brieff durch eine

do-

dobrá Wůle / das ist einen gutten Willen wissentlich an sich brächte / vnd Ladung darauff erhielte / dieser soll gleichmässiger Straff / wie oben gedächt / gewärtig seyn.

DIFFERENTIA XXVI.

De Iure Civili.

IS qui propter jam exsolutam obligationem aut syngrapham denuò & de novo agit, cùm tamen jam solutionis factæ bonam scientiam habere convincatur, punitur arbitrariè.

De Iure Bohemico.

TAlis incurrit infamiam & pro qualitate circumstantiarum insuper etiam pœnam extraordinariam, Königl. Lands-Ordnung L. 8. vers. Welcher aber wegen eines albereith bezahlten Brieffs wiederumb auff ein newes mahnete / da er doch der geschehenen Bezahlung gutte Wissenschafft trüge / vnd dessen vberwiesen wurde / soll für einen vnrichtigen vnd Ehrlosen Mann erkant / vnd nach befindung der Vmbständ auch noch absonderlich gestrafft werden.

De Iure munic. Prag. verò

TAlis non tantùm infamiam, ſed etiam confiſcationem bonorum incurrit, Statt-Recht O. 6. Wer auff einen abgerichten Brieff/ wiſſend daß er abgerichtet iſt/ oder eine bezahlte Schuld/ wiſſende daß ſie bezahlt iſt/ mahnet/ der iſt ein Ehrloſer/ Betrieger/ vnd verfält Jhr Königl. Majeſt. ſein Gutt.

DIFFERENTIA XXVII.

De Iure Civili.

TEſtis falſus ordinariâ pœnâ falſi punitur. *l. 1. §. ult. ff. de fals.* Farin. *de teſtib. q. 67. L. 27. ff. h. t. n. 65. & ſeq.* ſed hodie pœna arbitraria, Farin. *d. loco, n. 20. 21. 22.* Clarus *lib. 5. §. falſum. n. 5.*

De Iure Bohem.

TEſtis falſus ultimo ſupplicio afficitur, Statt-Recht B. 75. Ein falſcher Zeug iſt ſeines Hals verluſtig/ quamvis de conſvetudine hæc pœna limitetur.

Diffe-

DIFFERENTIA XXVIII.

De Iure Civili.

TEstis sibi ipsimet contrarius si deponit in judicio contrarium ejus quod dixerat in eodem judicio pœnâ. falsi punitur, quamvis illa sæpe limitetur. *l. 27. ff. ad l. Corn. de fals.* Farin. *in q. 66. n. 56. & seqq. de test.* Covarr. *lib. variar. resol. cap. 13. num. 8.* Clarus *in §. falsum.* Alth. *d. loco. n. 114.* Gilh. *d. loco. n. 10.* Tuld. *in suo Cod. in tit. ad l. Corn. de fals. n. 5.*

De Jure Bohem.

TAlis testis etiam ultimo supplicio afficitur. d. Statt-Recht B. 76. Ein falscher Zeuge / auch der / so etwas anders oder wiederwertiges wider sein voriges Zeugnus gibt / ist seines Halses verlustig / hæc pœna de consvetudine hac in parte limitatur.

DIFFERENTIA XXIX.

DE Iure Communi qui Iudicem corrumpit, ejus pœna est relegatio, *l. 21. ff. de fals.*

De

De Jure Bohem.

POena corrumpentis Iudicem est varia, & consequenter arbitraria. Statt-R. O.5. in verbis: Item der die Rechtsprecher mit Geld besticht/auff das ob er schon vnrecht/ doch recht werden möchte/ solcher vnd dergleichen Straffen seynd mancherley.

DIFFERENTIA XXX.

DE Iure Civili qui duobus in solidum unam rem diversis contractibus vendidit pœnâ falsi coërcetur. *l. 21. ff. ad l. Cornel. de fals.*

De Iure Bohem.

